



8
1 E
18

PHILIPPI LABBEI BITURICI

SOCIETATIS IESU

CHRONOLOGIÆ TECHNICÆ

PARS SECUNDA.



PARISIIS,
E TYPOGRAPHIA REGIA.


M. DC. LXX.

CHRONICI TECHNICI PARS ALTERA,

AB OLYMPIADVM INSTAVRATIONE
ET ROMANÆ VRBIS CONDITV,
AD PRIMVM CHRISTI ANNVM.

CVM

ARIADNE CHRONOLOGICA
LABYRINTHOS TEMPORVM
Variis Interrogatiunculis ac Reſponſis
facillima Methodo explicante.



ROMANÆ HISTORIÆ PRÆLVDIA AB OLYMPIADVM INSTAVRATIONE AB IPHITO REGE FACTA.

Vnde cœpit Græcorum Scriptorum τὸ Ἱστορικόν.



NNVS à Mundo condito ex nostra ſupputatione 3278. ante vulgarem ſeu Dionyſianam Chriſti Domini æram 776. poſt captum euerſúmque à Græcis Ilium 408. ante conditam à Romulo Romam 23. AGONES OLYMPICOS ab Elidis Rege IPHITO prope Olympiam Peloponneſi vrbem inſtauratos vidit: primúſque Ludorum illorum dies in XIX. Iulij Luna XI. vltimus verò in diem eiuſdem Iulij menſis XXIII. incidiſſe dicitur. IOATHAMVS, *poſt obitum patris ſui Oziæ, qui & Azarias quoque dictus eſt*, ſolus in Iudæa regnare cœpit ad ann. 16. Phacee Regis Iſraël 2. Soſarmi Medorum Regis 23. Ardyſi Lydorum Regis 18. Cæni Macedonum Regis 11. Alcamenis ex ſtirpe Euryſthenis Lacedæmone regnantis 35. Nicandri verò è Proclidarum familia ibidem regnantis 34. vt ex Soſibio



refert Clemens Alexandrinus, Æschyli Athenarum Prætoris siue Archontis Perpetui 4. Amulij, excluso fratre Numitore, Latinorum Regis 20. Primus autem omnium in stadio victor renunciatus fuisse perhibetur Coræbus Elidensis arte coquus.

Idem annus fuit *Periodi Iulianæ* ex tribus vulgaribus cyclis conflatæ 3938. Indictione 8. Aureo numero siue cyclo Lunæ 5. cyclo Solis 18. Lit. Dom. F. Periodi Constantinopolitanæ siue Græcorum recentiorum ab Adamo 4733. currens hoc est iam inchoatus cum ipsa Indictione Cæsarea à Septembri anni superioris, Iudaïci computi siue maioris Iudæorum Periodi 2986. currens iam à Tisri siue Autumno anni superioris, Diluuij siue II. Mundi ætatis 1622. Abraami siue III. Mundi ætatis 1240. ex Eusebij autem calculo 1241. Exodi Israëlitarum ex Ægypto siue IV. Mundi ætatis 735. Templi à Salomone conditi siue V. Mundi ætatis 256. *Solent verò*, vt id velut in antecessum Tirones moneam, *Chronologi hoc tempore omnes, annos Olympiadicos Romanósque à Kalendis Ianuariis inchoare* κατ' πρόληψιν, *quemadmodum & Mundanos Christianósque, vt forma anni Iuliani, quæ absolutissima est, eadem vbique quasi perpetuo tenore ac filo decurrat, & perseueret inuariata apud omnes.*

MMMCCLXXIX. *Mundi annus*, Ante Christi æram 775. Olympiadis I. 2. à diebus dumtaxat æstiuis inchoatus, Iphitæus 2. Ioathami Regis Iuda 2. Phacee Regis Israël 3. Sosarmi Medorum Regis 24. Ardysi Lydorum Regis 19. Cæni Macedonum Regis 12. Alcamenis Laced. Regis 36. Æschyli Athen. Archontis 5. Amulij Latinorum Regis 21. Theglathphalasar quem post Phulem apud Assyrios regnasse discimus ex Scripturâ, totam trans Iordanem Israëlitarum regionem & superiorem Galilæam in potestatem redegit. Quod autem ad tempus spectat consentientes habemus ex Eusebio aliísque Antiquioribus SS. Hieronymum atque Augustinum.

Periodi Iulianæ 3939. Ind. 9. Lunæ 6. Solis 19. Lit. Dom. E. Græcor. 4734. currens, Iudaïci computi 2987. similiter currens, Abraami ex Euseb. 1242. Templi 257.

MMMCCLXXX. *Mundi annus*, Ante Christum 774. Olymp. I. 3. Iphitæus 3. Ioathami Regis Iuda 3. Phacee Regis Israël 4. Sosarmi Medorum Regis 25. Ardysi Lydorum Regis 20. Cæni Macedonum R. 13. Alcamenis Laced. R. 37. Æschyli Athen. Archontis 6. Amulij Latinorum Regis 22.

Per. Iul. 3940. Ind. 10. Lunæ 7. Solis 20. Lit. Dom. D. Græcorum 4735. Iudaïci computi 2988. Abraami ex Eusebio 1243. Templi 258.

MMMCCLXXXI. *Mundi annus*, Ante Christum 773. Olymp. I. 4 Iphitæus 4. Ioathami Regis Iuda 4. Phacee Regis Israël 5. Sosarmi Medorum R. 26. Ardysi Lydorum R. 21. Cæni Maced. R. 14. Alcamenis Laced. R. 38. Æschyli Athen. Archontis 7. Amulij Latinorum Regis 23.

Per. Iul. 3941. Ind. 11. Lunæ 8. Solis 21. Lit. Dom. CB. Græcorum 4736. Iudaïci computi 2989. Abraami ex Eusebio 1244. Templi 259.

MMMCCLXXXII. *Mundi annus*, Ante Christum 772. Olymp. II. 1. Iphitæus 5. victore stadij Antimacho Elidensi, Ioathami R. Iuda 5. Phacee R. Israël 6. Sosarmi Medorum Regis 27. Ardysi Lydorum R. 22. Cæni Maced. R. 15. Alcamenis Laced. R. 39. Æschyli Athen. Archontis Perpetui 8. Amulij Latinorum Regis 24.

Per. Iul. 3942. Ind. 12. Lunæ 9. Solis 22. Lit. Dom. A. Græcorum 4737. Iudaïci computi 2990. Abraami ex Eusebio 1245. Templi 260.

De Conceptu Romuli hæc habet Nicolaus Mulerius pag. 67. Appendicis ad Tabulas Frisicas: Credidit antiquitas Romulum conceptum fuisse defectione Solis, cuius tempus Tarrutius Firmanus disertè expressit. Locus insignis apud Plutarchum in vitâ Romuli: Ἀνδρείως ἀπεφήνατο τὴν μὲν ἐν τῇ μητρὶ τοῦ Ῥωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτει πρώτῳ τῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους Χοιὰκ τρίτῃ καὶ εἰκάδι τρίτης ὥρας καθ' ἣν ὁ ἥλιος ἐξέλιπε, &c. *Constanter*, inquit, *pronuntiauit Tarrutius, Romuli in matris vtero conceptum contigisse anno primo Olympiadis secundæ, mense Ægyptiaco Choiac, die vigesimo tertio istius mensis, horâ diei tertia, quâ Sol defecit, & in lucem prodiisse mense Thoth die 21. ortu Solis.* Secunda Olympias acta est anno Per. Iul. 3942. quo anno Neomenia Thoth quarto Martij, Neomenia Choiac secundo Iunij, & 23. Choiac congruit 24. Iunij, quo die repræsentatur Eclipsis Solis. Natus verò est Romulus die 21. Thoth, hoc est die 24. Martij, anno Per. Iul. 3943. postquam in matris vtero gestatus fuisset dies 273. siue nouem menses Lunares cum quadrante. Addit deinde Neomeniam illam Romæ factam horis 9½ siue horâ diei tertiâ triduo ante Solstitium, & Græcorum annum inchoasse, scilicet primum hunc Olympiadis secundæ. Hæc ille, quæ non perinde omnibus placuerunt, præsertim Setho Caluisio, qui ad annum hunc quem mendosè vocat ante Christi æram 870. vehementiùs inuehitur in Mulerium eiúsque Tabulas Frisicas præ Pruthenicis flocci pendit, & ipse biennio ante restitutas ab Iphito Olympiadas conceptum docet fuisse Romulum die 4. Aprilis, feriâ 2. minutis 40. ferè post meridiem Romæ, natúmque non annos dumtaxat 17. sed 26. Romanam condidisse vrbem orbis caput. P. Ricciolus Tarrutij Firmani sententiam non respuit, atque vt eam adstruat, docet die 24. Iunij, nouem horis post mediam noctem contigisse Eclipsim, sed quæ nec in Italiâ, nec in Europâ visa fuerit, verum vltra Tropicum Cancri, cùm nusquam dixerit ex Tarrutio Plutarchus deliquium illud Solare Latinis apparuisse. Tum subdit: Quoniam verò à die 23. Choiac ad 21 Thoth sunt dies 291. in quibus insunt anni Lunares 9. & prætereà dies 25. partus Romuli fuit decemmestris, & idcirco fortasse Romulus elegit annum Lunarem mensium decem, *&c.* quæ prolixiùs in libro Chronologico pollicetur, qui erit quintus Tomi II. Almagesti Noui. P. Petauius Tomo I. de Doctrina Temporum pag. 770. & Tomo II. pag. 114. nullam tum fuisse Solis defectionem Romæ contendit, quoniam apparens latitudo Lunæ Semidiametrorum summam superabat, & si alicubi commissa sit, eam fuisse perexiguam, quoniam motus latitudinis maximus fuit. Sed de his pro instituto nostro plus iam satis.

MMMCCLXXXIII. *Mundi annus*, A. C. 771. Olympiadis II. 2. Iphitæus 6. Ioathami R. Iuda 6. Phacee R. Israël 7. Sosarmi Medorum R. 28. Ardysi Lydorum R. 23. Cæni Maced. R. 16. Polydori post Alcamenem Lacedæmoniorum Regis primus, Æschyli Athen. Archontis 9. Amulij Latin. R. 25.

Per. Iul. 3943. Ind. 13. Lunæ 10. Solis 23. Lit. Dom. G. Græcorum 4738. Iudaïci computi 2991. Abraami ex Eusebio 1246. Templi 261.

Conceptum fuisse aut certè natum hoc anno Romulum multi asserunt.

MMMCCLXXXIV. *Mundi annus*, A. C. 770. Olympiadis II. 3. Iphitæus 7. Ioathami R. Iuda 7. Phacee R. Israël 8. Sosarmi Medorum R. 29. Ardysi Lydorum R. 24. Cæni Maced. Regis 17. Æschyli Athen. Archontis 10. Amulij Latin. Regis 26.

Per. Iul. 3944. Ind. 14. Lunæ 11. Solis 24. Lit. Dom. F. Græcorum 4739. Iudaïci computi 2992. Abraami ex Eusebio 1247. Templi seu V. ætatis 262.

Henricus Buntingus in Chronico docuit Eclipsim Solis hoc anno factam fuisse die Maij 5. feria prima in meridie, eóque demum tempore conceptos Romulum Remúmque. Verùm nullam fuisse in Italia tum visam Eclipsim, quod apparens latitudo eadem cum parallaxi summam Semidiametrorum superarit, rectè monuit Petauius, & si quæ in tractu Heliopolitano vel Æthiopico commissa fuerit illo die ac mense, eam certè à Tarrutianæ hypotheseos die 23. mensis Choiac aberrasse. Caluisius aliò se vertit, vt hanc Buntingi opinionem reiiciat, & Romuli ætatem tantæ molitioni imparém causatur. Res tamen omnis confici meliùs non potest, quàm si ex Historiâ cum Petauio Natalem Romuli defigamus in hoc anno: *Etenim Dionysius Halicarnasseus scribit illum decessisse anno ætatis* 55. *atqui mortuus est anno Periodi Iulianæ* 3999. *Igitur in lucem editus fuerit an.* 3944. *vt annum ageret* 18. *quo tempore vrbem condidit, quod idem auctor affirmat.*

MMMCCLXXXV. *Mundi annus*, A. C. 769. Olympiadis II. 4. Iphitæus 8. Ioathami R. Iuda 8. Phacee R. Israël 9. Sosarmi Medorum R. 30. Ardysi Lydorum R. 25. Cæni Maced. Regis 18. Æschyli Athen. Archontis 11. Amulij Latin. Regis 27.

Per. Iul. 3945. Ind. 15. Lunæ 12. Solis 25. Lit. Dom. E D. Græcorum 4740. Iudaïci computi 2993. Abraami ex Eusebio 1248. Templi 263.

MMMCCLXXXVI. *Mundi annus*, A. C. 768. Olympiadis III. 1. Iphitæus 9. quo stadium vicit Androcles Messenius, Ioathami R. Iuda 9. Phacee R. Israël 10. *Sosarmus Medorum Rex tertius obiit anno regni* 30. succedente ARTYCA ad annos 50. Ardysi Lydorum R. 26. Cæni Maced. R. 19. Æschyli Athen. Archontis 12. Amulij Latin. R. 28. quo fermè tempore Abaris Scytha ex Hyperboreis legatus venisse dicitur in Græciam sagittámque multorum scriptis celebratam per orbem circumtulisse.

Per. Iul. 3946. Ind. 1. Lunæ 13. Solis 26. Lit. Dom. C. Græcorum 4741. Iudaïci computi 2994. Abraami ex Eusebio 1249. Templi 264.

MMMCCLXXXVII. *Mundi annus*, A. C. 767. Olymp. III. 2. Iphitæus 10. Ioathami R. Iuda 10. Phacee R. Israël 11. Artycæ Medorum R. 2. Ardysi Lydorum Regis 27.

Cæni Maced. R. 20. Æſchyli Athen. Archontis 13. Amulij Latin. Regis 29.

Per. Iul. 3947. Ind. 2. Lunæ 14. Solis 27. Lit. Dom. B. Græcorum 4742. Iudaïci computi 2995. Abraami ex Euſebio 1250. Templi 265.

MMMCCLXXXVIII. *Mundi annus*, A. C. 766. Olymp. III. 3. Iphitæus 11. Ioathami R. Iuda 11. Phacee R. Iſraël 12 Artycæ Medorum R. 3. Ardyſi Lydorum R. 28. Cæni Macedonum R. 21. Æſchyli Athen. Archontis 14. Amulij Latin. R. 30.

Per. Iul. 3948. Ind. 3. Lunæ 15. Solis 28. Lit. Dom. A. Græcorum 4743. Iudaïci computi 2996. Abraami ex Euſebio 1251. Templi 266.

MMMCCLXXXIX. *Mundi annus*, A. C. 765. Olympiadis III. 4. Iphitæus 12. Ioathami R. Iuda 12. Phacee R. Iſraël 13. Artycæ Medorum R. 4. Ardyſi Lydorum R. 29. Cæni Maced. R. 22. Æſchyli Athen. Archontis 15. Amulij Latin. Regis 31.

Per. Iul. 3949. Ind. 4. Lunæ 16. Solis 1. Lit. Dom. G. F. Græcorum 4744. Iudaïci computi 2997. Abraami ex Euſebio 1252. Templi 267.

Ioannes Georgius Hervvartus ab Hohenburg V. C. in Noua Chronologia Romulum Remúmque fratres hoc demum anno conceptos contendit, eóque reuocat defectionem Solis, quæ contigit die 10. Februarij, digitorum 10. 45′ Romæ ante meridiem horis 3. 29′ in Aquario. Verum refutatur egregiè tum à Caluiſio in 2. editione, tum à Petauio Tomo II. de Doctrina Temporum pag. 114. vel hoc nomine, quod 23. dies Choiac in Februarij 10. nullo modo conuenerit anno ante Chriſtum 765. ſed Iunij 22. Neomenia quippe Thoth Martij 2. contigit.

MMMCCXC. *Mundi annus*, A. C. 764. Olymp. IV. 1. Iphitæus 13. victore ſtadij Polychare Meſſenio, Ioathami R. Iuda 13. Phacee R. Iſraël 14. Artycæ Medorum R. 5. Ardyſi Lydorum R. 30. Cæni Maced. R. 23. Æſchyli Athen. Archontis 16. Amulij Latin. Regis 32.

Per. Iul. 3950. Ind. 5. Lunæ 17. Solis 2. Lit. Dom. E. Græcorum 4745. Iudaïci computi 2998. Abraami ex Euſebio 1253. Templi 268.

MMMCCXCI. *Mundi annus*, A. C. 763. Olymp. IV. 2. Iphitæus 14. Ioathami R. Iuda 14. Phacee R. Iſraël 15. Artycæ Medorum R. 6. Ardyſi Lydorum R. 31. Cæni Macedonum R. 24. Æſchyli Athen. Archontis 17. Amulij Latinorum Regis 33.

Per. Iul. 3951. Ind. 6. Lunæ 18. Solis 3. Lit. Dom. D. Græcorum 4746. Iudaïci computi 2999. Abraami ex Euſebio 1254. Templi 269.

MMMCCXCII. *Mundi annus*, A. C. 762. Olymp. IV. 3. Iphitæus 15. Ioathami R. Iuda 15. Phacee R. Iſraël 16. Artycæ Medorum R. 7. Ardyſi Lydorum R. 32. Cæni Maced.

Regis 25. Æſchyli Athen. Archontis 18. Amulij Latinorum Regis 34.

Per. Iul. 3952. Ind. 7. Lunæ 19. Solis 4. Lit. Dom. C. Græcorum 4747. Iudaïci computi 3000. Abraami ex Euſebio 1255. Templi 270.

MMMCCXCIII. *Mundi annus*, A.C. 761. Olymp. IV. 4. Iphitæus 16. *Ioathamus Oziæ filius Rex Iudæorum à Roboamo vndecimus obiit anno regni 16.* Succedit ACHAZ eius filius qui anteriores omnes Iuda Principes impietate ſuperauit, regnúmque obtinuit integros annos 14. Phacee R. Iſraël 17. Artycæ Medorum R. 8. Ardyſi Lydorum R. 33. Cæni Maced. Regis 26. Æſchyli Athen. Archontis 19. Amulij Latinorum Regis 35.

Per. Iul. 3953. Ind. 8. Lunæ 1. Solis 5. Lit. Dom. B A. Græcorum 4748. Iudaïci computi 3001. Abraami ex Euſebio 1256. Templi 271.

MMMCCXCIV. *Mundi annus*, A.C. 760. Olymp. V. 1. Iphitæus 17. victore ſtadij Æſchine Meſſenio, Achazi Regis Iuda 2. Phacee R. Iſraël 18. Artycæ Medorum R. 9. Ardyſi Lydorum R. 34. Cæni Maced. R. 27. Æſchyli Athen. Archontis 20. Amulij Latinorum Regis 36.

Per. Iul. 3954. Ind. 9. Lunæ 2. Solis 6. Lit. Dom. G. Græcorum 4749. Iudaïci computi 3002. Abraami ex Euſebio 1257. Templi 272.

MMMCCXCV. *Mundi annus*, A. C. 759. Olymp. V. 2. Iphitæus 18. Achazi R. Iuda 3. Phacee R. Iſraël 19. Artycæ Medorum R. 10. Ardyſi Lydorum R. 35. Cæni Macedonum Regis 28. Æſchyli Athen. Archontis 21. Amulij Latinorum Regis 37.

Per. Iul. 3955. Ind. 10. Lunæ 3. Solis 7. Lit. Dom. F. Græcorum 4750. Iudaïci computi 3003. Abraami ex Euſebio 1258. Templi 273.

MMMCCXCVI. *Mundi annus*, A.C. 758. Olymp. V. 3. Iphitæus 19. Achazi R. Iuda 4. *Phacee filius Romeliæ decimus octauus à Ieroboamo Rex Iſraël occiditur hoc anno regni viceſimo* ab OSEE filio Ela, qui Rex Iſraëlitarum 19. & vltimus præfuit annis omnino octodecim, ſed vt ex gemino eius initio IV. Regum cap. 15. nu. 30. & cap. 17. nu. 1. patet interupptis, Artycæ Medorum Regis 11. Ardyſi Lydorum Regis 36. *Cænus poſt Caranum ſecundus Macedonum Rex obiit, cùm regnaſſet ann.* 28. Succeſſit TYRMAS ſiue Thurimas annis 45. Æſchyli Athen. Archontis 22. Amulij Latinorum Regis 38.

Per. Iul. 3956. Ind. 11. Lunæ 4. Solis 8. Lit. Dom. E. Græcorum 4751. Iudaïci computi 3004. Abraami ex Euſebio 1259. Templi 274.

MMMCCXCVII.

MMMCCXCVII. *Mundi annus*, A. C. 757. Olympiadis V. 4. Iphitæus 20. Achazi R. Iuda 5. Osee R. Israël 2. Artycæ Medorum Regis 12. *Ardys siue Ardysus Lydorum Rex ab Argone Heraclidâ, vt volunt, decimus nonus obiit post regnum annorum 36.* ALYATTES successit ad ann. 14. Tyrmæ Macedon. Regis 2. Æschyli Athen. Archontis 23. Amulij Latinorum Regis 39.

Per. Iul. 3957. Ind. 12. Lunæ 5. Solis 9. Lit. Dom. DC. Græcorum 4752. Iudaïci computi 3005. Abraami ex Eusebio 1260. Templi 275.

MMMCCXCVIII. *Mundi annus*, A. C. 756. Olympiadis VI. 1. Iphitæus 21. victore stadij Oebotâ Dymæo ex Achaia, Achazi R. Iuda 6. Osee R. Israël 3. Artycæ Medorum Regis 13. Alyattis Lydorum Regis 2. Tyrmæ Maced. Regis 3. *Æschylus duodecimus Athenis Archon Perpetuus cùm præfuisset annis 23. obiit*, succedente ad duos dumtaxat annos ALCMÆONE, Amulij Latinorum Regis 40.

Per. Iul. 3958. Ind 13. Lunæ 6. Solis 10. Lit. Dom. B. Græcorum 4753. Iudaïci computi 3006. Abraami ex Eusebio 1261. Templi 276.

MMMCCXCIX. *Mundi annus*, A. C. 755. Olymp. VI. 2. Iphitæus 22. Achazi R. Iuda 7. Osee R. Israël 4. Artycæ Medorum R. 14. Alyattis Lydorum R. 3. Tyrmæ Maced. Regis 4. Alcmæonis vltimi apud Athenienses Archontis perpetui 2. Amulij Latinorum Regis 41.

Per. Iul. 3959. Ind. 14. Lunæ 7. Solis 11. Lit. Dom. A. Græcorum 4754. Iudaïci computi 3007. Abraami ex Eusebio 1262. Templi 277.

MMMCCC. *Mundi annus*, A. C. 754. Olympiadis VI. 3. adeóque Iphitæus 23. ab æstiuis dumtaxat diebus pro more incipiens, Achazi R. Iuda 8. Osee R. Israël 5. Artycæ Medorum Regis 15. Alyattis Lydorum R. 4. Tyrmæ Maced. R. 5. *Post Alcmæonem anno Præfecturæ secundo ex Eusebij Chronico aut abdicatum aut mortuum*, primus apud Athenienses Archon Decennalis extitit CHAROPS, Romulus & Remus anno mundi 3284. ex Rheâ Syluia Vestæ Sacerdote nati, & à Faustulo inter Pastores educati, *sublato è viuis post annos regni duos & quadraginta Amulio patruo*, NVMITOREM auum suum in regnum Latinorum siue Albanorum restituunt, tum de Nouæ Vrbis condendæ opportuno loco deliberant. Hanc verò ex Tarrutij Firmani insignis Astronomi, & Varronis amicissimi, descriptione, Sole in Librâ existente quarto circi-

ter menſe ineunte anni 3. VI. Olympiadis die menſis Octobris 4. ſiue Pharmuthi nono, à Romulo conditam fuiſſe probabile cenſuit Petauius, quem vide libri IX. de Doctrina Temporum cap. 48. Tomi II. pag. 116. & Tomi Prioris p. 771. ac ſequenti de Nouilunio Ecliptico, quod accidit die 6. Iulij, & defectione Solis, quæ cœpit videri Romæ horâ 6. & min. 16. à meridie.

Per. Iul. 3960. Ind. 15. Lunæ 8. Solis 11. Lit. Dom. G. Græcorum recentiorum ſiue Periodi Conſtantinopolitanæ 4755. currens à Septembri menſe anni ſuperioris, Iudaïci computi 3008. ſimiliter fluens ab autumno præcedenti, Abraami ex Euſebio perinde fluens 1263. Templi ſiue V. Ætatis 278.

HACTENVS ROMANÆ HISTORIÆ PRÆLVDIA: NVNC VERO EX PARVIS INITIIS,

Vrbs oritur (quis tunc hoc vlli credere poſſet?)
Victorem terris impoſitura pedem.



HISTORIÆ
ROMANÆ
CONCORDIA,

PER SINGVLOS

VRBIS CONDITÆ ANNOS

Vſque ad primum Æræ Chriſti annum

BREVITER DEDVCTA,

ac Temporum

CERTISSIMIS CHARACTERIBVS

STABILITA.

BENEVOLIS LECTORIBVS
BREVIS ADMONITIO.

Præmittuntur grandiori charactere,

POST Romanæ Vrbis à primis Palilibus, siue ab eius, vt vulgò dici solet, conditu ac fundamentis annum quemlibet, Vulgares Ante Dionysianam Æram seu communem Domini nostri IESV CHRISTI natalem Anni, tum Olympiadici atque Iphitæi, hoc est vel in vnam summam collecti, vel in suas quique Olympiadas expansi, cum Romanorum Regum ac deinde Consulum aut Tribunorum Militarium designatione, Regúmque Iudæorum, Medorum, Lydorum, Macedonum, Babyloniorum, Persarum, Ægyptiorum, Syromacedonum, aliorúmque Alexandri Magni successorum, prætermissis veterum Gallorum, Françorum, Hispanorum, Britannorum, Scotorum, Cimbrorum, Sueonum, fabulosis Principibus, similibúsque Trithemij, Ioannis Annij Viterbiensis, & quorumdam recentiorum nugamentis ab eruditissimis Chronologis iampridem explosis.

Deinde minori charactere sequuntur,

ANNI *Periodi Iulianæ*, Indictio, ϗ σελήνη, & Lunæ Solisque Cycli, cum litera Dominicali, & Bissextorum notis, Anni ab orbe condito ex nostra, Græcorum recentiorum, ac Iudæorum vulgari supputatione, ab ortu Abrahami ex Eusebij calculis, à fundato Hierosolymis à Salomone Templo, *Nabonassari* Babyloniorum Regis, ac Philippi Aridæi siue à morte Alexandri Magni, Seleucidarum siue Græcorum in Syria, Antiocheni siue Χρηματισμοῦ τῆς Ἀντιοχείας, *Iuliani* siue Cæsarei, Æræ Hispanicæ, ab Actiaca victoria, & Augustorum (nam Dioclerianæi siue Æræ Martyrum, Armeniaci, *Hegiræ* siue Turcici, Iezdegirdis siue Persici ad solam Christianorum Æram pertinent, cum obseruationibus Astronomicis, & *Eclipsibus Solis ac Lunæ*, &c. Quæ omnia nemo non videt indefesso plurium annorum labore parata fuisse in subsidium *Historiographorum*, eorum præcipuè, qui *Regnorum*, *Prouinciarum*, *Vrbium*, *ac Familiarum Nobilium*, siue Latino, siue Gallico, aliòve idiomate vernaculo texunt Historias, & plerumque insuperhabitâ præteritorum Temporum accuratâ ratione, vel ex lutulentis minúsque puris fontibus hausta, in maximos pudendósque errores turpissimè prolabuntur.



ÆRÆ ROMANÆ
PRIMVM SÆCVLVM
A ROMVLO DICTVM,
Mundana Æra Saculum XXXIV.



OMAM à Remo Romulóque fratribus exſtructam fuiſſe Palilibus, ſiue die 21. menſis Aprilis, conſtans eſt Veterum Scriptorum ſententia: vnde illud Plutarchi in vita Romuli: *In confeſſo eſt Vrbem conditam eſſe XI. Kalendas Maij, húncque diem natalem patriæ Romani vocant, & feſtum agunt.* Quo verò anno Olympiadis ſextæ ſeptimæve id contigerit, apud eoſdem ambigitur. Nos cum doctiſſimis quibúſque huiuſce ætatis Chronologis Varronianam ſupputationem elegimus, quæ Vrbis Romanæ primordia conſignat anno Olympiadis ſextæ tertio, ſiue Iphitæo 23. ad finem properante, tribus circiter menſibus antequam iniret eiuſdem Olympiadis annus 4. ſiue Iphitæus 24. Quidam tardiùs vno alteróve anno collocant: quorum ſententias non eſt opus hoc loco vel enumerare, vel refellere. Conſulendi Onuphrius, Baronius, Petauius, Emmius, Behmius, Torniellus, Spondanus, Tirinus, cæterique noſtrarum partium Scriptores moderni. His ergo obiter delibatis, ſequitur ex inſtituto noſtro.

PRIMVS *Romæ annus*, Ante Christi vulgarem æram 753. Olympiadis VI. 4. adeóque Iphitæus 24. à diebus scilicet æstiuis, vt mox exposuimus, ROMVLI Romanorum Regis occiso fratre Remo primus, Achazi Regis Iuda 9. Osee Regis Israël 6. Artycæ Medorum Regis 16. Alyattis Lydorum Regis 5. Tyrmæ Macedonum Regis 6. Numitoris Latinorum Regis 2. Charopis Decennalis Atheniensium Archontis 2.

Idem ille fuit *Periodi Iulianæ* 3961. Indictione 1. Lunæ 9. Solis 13. Literis Dominicalibus F E. Mundi conditi ex nostrâ supputatione 3301. ex Eusebianâ, quam Prosperi quoque atque Victorij Aquitani aliorúmque veterum constat fuisse 4449. Græcorum recentiorum siue Periodi Constantinopolitanæ 4756. currens iam à Septembri mense anni superioris, Iudaïci computi 3009. similiter ab Autumno præcedenti inchoatus, Diluuij siue II. ætatis 1645. Abraami siue III. ætatis 1263. eiusdem verè Abraami ex Eusebij calculis 1264. Exodi siue IV. mundi ætatis 758. ab ingressu Israëlitarum in Cananitidem 718. ab euersa per Græcos Troiâ 431. à Saülis seu Samuëlis initio 362. Templi à Salomone conditi siue V. ætatis 279. Achabo & Oseâ in Palæstinâ regnantibus, vt disertè affirmant inter cæteros SS. Patres Hieronymus, & Augustinus: hic libro 18. de Ciuitate Dei cap. 22. ille in caput 3. Osee, vnde vel maximè pendet nostra illa sacræ profanæque Historiæ Concordia auro contra non cara, quam sanctissimi Patres Eusebij Iulijque Africani epilogismos secuti suffragiis suis firmarunt.

Subsiste hîc quoque paulisper, Lector studiose, & mirare felicem ex alterâ etiam parte Chronologiæ nostræ Connexionem, quâ Romani anni cum Mundanis tam bellè consentiunt, vt cognitis, qui ab Vrbe conditâ fluxerunt annis, annos ab Orbe condito, & viceuersâ, nefas sit ignorari. Cùm enim Mundani Romanos tribus dumtaxat Millenariis, totidémque Centenariis superent, si eos ad annum aliquem Vrbis conditæ iam tibi cognitum adiunxeris, annum Mundi certissimâ supputatione conficient. Contra si eosdem ab annis Mundi detraxeris, annos Romæ illicò inuenies, mirabili prorsus ad subsidium vacillantis memoriæ, quæ in hisce conciliandis haud parum laborare solet, artificio.

Nicolaus Mulerius, & quidam alij eiusdem auctoritate permoti, Vbbo Emmius, &c. *asserunt hoc anno tertio Olympiadis VI. visam fuisse ab Antimacho Teio Poëtâ Eclipsim Solis in minore Asiâ die 26. Maij Iuliani siue 29. Athyr Ægyptiaci, Sole Tauri gradum 26. occupante, eodémque die conditam Romam fuisse. Verum refragatur iis Petauius, pluribúsque expendit Mullerianam illam Descriptionem Tomi I. pag. 772. & libri IX. de Doctrina Temporum cap. 48. tandémque concludit falsò fuisse à Plutarcho proditum eodem die, quo iacta sunt fundamenta Romæ, Solem defecisse:* Dein prolato Ciceronis testimonio libro 2. de Diuinatione docet Tarrutium Firmanum id vnum dumtaxat dixisse, *Romam, cùm in iugo*, hoc est ἐν συζυγίᾳ, *esset Luna, natam esse.* Reliqua ab eodem per otium repetes. Nos enim alia ad se vocant.

II. *Romæ annus*, Ante Christum 752. Olymp. 7. 1. Iphitæus 25. quo primum omnium Olympiis coronatum fuisse Daiclem Messenium ferunt, Romuli Romanorum Regis 2. Achazi Regis Iuda 10. Osee Regis Israel 7. Artycæ Medorum Regis 17. Alyattis Lydorum Regis 6. Tyrmæ Macedonum Regis 7. Charopis Athen. Archontis δἐτοῦς 3.

Per. Iul. 3962. Ind. 2. Lunæ 10. Solis 14. Lit. Dom. D. Mundi 3302. Græc. 4757. Iudaïci computi 3010. Abraami ex Eusebio 1265. Templi siue V. Ætatis 280.

III. *Romæ annus*, A.C. 751. Olymp. VII. 2. Iphitæus 26. Romuli Romanorum R. 3. Achazi Regis Iuda 11. Osee Regis Israel 8. Artycæ Medorum R. 18. Alyattis Lydorum Regis 7. Tyrmæ Macedonum R. 8. Charopis Athen. Archontis 4.

Per. Iul. 3963. Ind. 3. Lunæ 11. Solis 15. Lit. Dom. C. Mundi 3303. Græcorum 4758. Iudaïci computi 3011. Abraami ex Eusebio 1266. Templi 281.

IV. *Romæ annus*, A.C. 750. Olymp. VII. 3. Iphitæus 27. Romuli Rom. R. 4. Achazi R. Iuda 12. Osee R. Israel 9. siue primus à secundo eius initio, quod hinc consurgere patet ex libri 4. Regum cap. 17. Artycæ Medorum R. 19. Alyattis Lydorum R. 8. Tyrmæ Macedonum R. 9. Charopis Athen. Archontis 5.

Per. Iul. 3964. Ind. 4. Lunæ 12. Solis 16. Lit. Dom. B. Mundi 3304. Græcorum 4759. Iudaïci computi 3012. Abraami ex Eusebio 1267. Templi 282.

V. *Romæ annus*, A.C. 749. Olymp. VII. 4. Iphitæus 28. Romuli Rom. R. 5. Achazi R. Iuda 13. Osee R. Israel 10. Artycæ Medorum R. 20. Alyattis Lydorum R. 9. Tyrmæ Macedonum R. 10. Charopis Athen. Archontis 6.

Per. Iul. 3965. Ind. 5. Lunæ 13. Solis 17. Lit. Dom. A G. Mundi 3305. Græcorum 4760. Iudaici comp. 3013. Abraami ex Eusebio 1268. Templi 283.

VI. *Romæ annus*, A.C. 748. Olymp. VIII. 1. quam *αἰολυμπιάδα* Elei vocitare consueuerant quod Olympico certamini Phidon Argiuorum tyrannus præfuisset, Iphitæus 29. victore stadij Anticle Messenio, Romuli primi Roman. R. 6. neque enim vmquam cordatis arridebit eorum sententia, qui iuxta Fabij Pictoris, vt contendunt, Ludorúmque sæcularium initas à Veteribus Romanis rationes hoc demum anno paullò ante Olympiadis 8. exordium in Palilibus Romam conditam docent, abiecto procul Varrone omnium Romanorum eruditissimo, Achazi R. Iuda 14. Osee R. Israël 11. Artycæ Medorum R. 21. Alyattis Lydorum R. 10. Tyrmæ Macedonum R. 11. Charopis Athen. Archontis 7.

Per. Iul. 3966 Ind. 6. Lunæ 14. Solis 18. Lit. Dom. F. Mundi 3306. Græcorum 4761. Iudaïci computi 3014. Abraami ex Eusebio 1269. Templi 284.

VII. *Romæ annus*, A.C. 747. Olymp. VIII. 2. Iphitæus 30. Romuli Rom. R. 7. Achazi R. Iuda 15. Osee R. Israël 12. Artycæ Medorum R. 22. Alyattis Lydorum R. 11. Tyrmæ Macedonum R. 12. Charopis Athen. Archontis 8.

Per. Iul. 3967. Ind. 7. Lunæ 15. Solis 19. Lit. Dom. E. Mundi 3307. Græcorum 4762. Iudaïci comp. 3015. Abraami ex Eusebio 1270. Templi 285.

ÆRA NABONASSARI Babyloniorum Regis, quem Alfonsus Sapiens Castellæ Rex, & plerique post eum Astronomi ac Chronologi eundem cum Nabuchodonosore falsò existimarunt, cœpit hoc anno Iuliano, Ante Christum 747. eiúsque Thoth, siue primi mensis primus dies incurrit in diem 26. Februarij mensis feria 4. in meridie, Sole in min. 45. Piscium, Lunâ in gradu Tauri 11. & min. 22. existentibus, Olympiadis octauæ anno primo adhuc currente, & Romanæ Vrbis sexto, licet ex receptâ iam apud omnes Chronologos supputandi ratione dici soleant Olympiadis VIII. annus 2. & Vrbis conditæ 7. Constat autem hæc Æra Ptolemæo, Censorino & Astronomis probè cognita, annis Ægyptiacis vagis, quorum modus est 365. dierum absque vlla appendice, ideóque singulis quadrienniis primus mensis dies mutatur in anno Iuliano, & versus caput anni reuertitur. Distat ab æra Christi vulgari seu Dionysiana annis 746. & diebus 310. hoc est in vniuersum diebus 272786. Theonis Alexandrini Scholiastes MS. docet ab orbe condito ad æram Nabonassari absolutos esse annos 4761. & dies 178. qui à Kalendis Septembribus anni superioris inchoati desinunt in diem 25. Februarij huius anni Iuliani.

VIII. *Romæ annus*, A. C. 746. Olymp. VIII. 3. Iphitæus 31. Romuli Rom. R. 8. Achazi R. Iuda 16. Osee R. Israel 13. Artycæ Medorum R. 23. Alyattis Lydorum R. 12. Tyrmæ Maced. R. 13. Charopis Athen. Archontis 9.

Per. Iul. 3968. Ind. 8. Lunæ 16. Solis 20. Lit. Dom. D. Mundi 3308. Græcorum 4763. Iudaïci computi 3016. Abraami ex Eusebio 1271. Templi 286. Nabonassari Babyloniorum Regis 2. cuius *Thoth* die 26. Februarij, feria 5.

IX. *Romæ annus*, A. C. 745. Olymp. VIII. 4. Iphitæus 32. Romuli Rom. R. 9. *Achaz Ioathami filius Rex Iuda duodecimus obiit anno regni decimosexto*, successit filius EZECHIAS patri dissimillimus ac laudatissimus princeps, Osee R. Israel 14. Artycæ Medorum R. 24. Alyattis Lydorum R. 13. Tyrmæ Maced. R. 14. Charopis Athen. Archontis 10.

Per. Iul. 3969. Ind. 9. Lunæ 17. Solis 21. Lit. Dom. C B. Mundi 3309. Græcorum 4764. Iudaïci computi 3017. Abraami ex Eusebio 1272. Templi 287. Nabonassari Babyl. R. 3. à die 25. Februarij, feria 6.

X. *Romæ annus*, A. C. 744. Olymp. IX. 1. Iphitæus 33. victore Xenodoco seu Xenocle vt ab aliis vocatur, Romuli Rom. R. 10. Ezechiæ R. Iuda 2. Osee R. Israel 15. Artycæ Medorum R. 25. Alyattis Lydorum R. 14. Tyrmæ Maced. R. 15. *Charopis primus apud Athenienses decennalis Archon obiit, desiitve expleto Præfecturæ tempore*, successit ÆSIMEDES, cuius tempore floruisse dicitur Thymelus Poëta.

Per. Iul. 3970. Ind. 10. Lunæ 18. Solis 22. Lit. Dom. A. Mundi 3310. Græcorum 4765. Iudaïci computi 3018. Abraami ex Eusebio 1273. Templi 288. Nabonass. Babyl. R. 4. à die 25. Februarij sabbato.

XI. *Romæ annus*, A. C. 743. Olymp. IX. 2. Iphitæus 34. Romuli Rom. R. 11. Ezechiæ R. Iuda 3. Osee R. Israel 16. Artycæ

tycæ Medorum Regis 26. Alyattis Lydorum Regis 15. Tyrmæ Macedonum R. 16. Æsimedis Athen. Archontis decennalis 2.

Per. Iul. 3971. Ind. 11. Lunæ 19. Solis 23. Lit. Dom. G. Mundi 3311. Græcorum 4766. Iudaïci computi 3019. Abraami ex Eusebio 1274. Templi 289. Nabon. Babyl. R. 5. à die 25. Februarij Dominicâ.

XII. *Romæ annus*, A. C. 742. Olymp. IX. 3. Iphitæus 35. Romuli Rom. R. 12. Ezechiæ R. Iuda 4. Osee R. Israel 17. Artycæ Medorum R. 27. *Alyattes Lydorum Rex vicesimus obiit, cùm regnasset annos* 14. Successit MELES annis 12. Tyrmæ Maced. Regis 17. Æsimedis Athen. Archontis decennalis 3. *Tatius Sabinorum Rex postquam cum Romulo sex annis regnasset interfectus est.*

Per. Iul. 3972. Ind. 12. Lunæ 1. Solis 24. Lit. Dom. F. Mundi 3312. Græcorum 4767. Iudaïci computi 3020. Abraami ex Eusebio 1275. Templi 290. Nabon. Babyl. R. 6. à 25. Februarij, feria 2. qui Bello Messeniaco dedit initium Euphaë regni habenas ad duodecim annos capessente.

XIII. *Romæ annus*, A. C. 741. Olymp. IX. 4. Iphitæus 36. Romuli Rom. R. 13. Ezechiæ R. Iuda 5. Osee R. Israel 18. Artycæ Medorum R. 28. Melis Lydorum R. 2. Tyrmæ Maced. R. 18. Æsimedis Athen. Archontis decennalis 4.

Per. Iul. 3973. Ind. 13. Lunæ 2. Solis 25. Lit. Dom. E D. Mundi 3313. Græcorum 4768. Iudaïci computi 3021. Abraami ex Eusebio 1276. Templi 291. Nabon. Babyl. R. 7. à 24. Februarij, feria 3.

XIV. *Romæ annus*, A. C. 740. Olymp. X. 1. Iphitæus 37. victore stadij Lotade Messenio, Romuli Rom. R. 14. Ezechiæ R. Iuda 6. Osee filius Ela decimus nonus Rex Israel expugnatâ Samaria per Salmanasarem Assyriorum Regem, in captiuitatem cum maximâ populi parte abductus est anno à rebellione Ieroboami 255. Tobiæ Senioris, qui vnus è captiuis fuit, 39. Artycæ Medorum R. 29. Melis Lydorum R. 3. Tyrmæ Maced. R. 19. Æsimedis Athen. Archontis decennalis 5.

Per. Iul. 3974. Ind. 14. Lunæ 3. Solis 26. Lit. Dom. C. Mundi 3314. Græcorum 4769. Iudaïci computi 3022. Abraami ex Eusebio 1277. Templi 292. Nabon. Babyl. Regis 8. à 24. Februarij, feria 4.

XV. *Romæ annus*, A. C. 739. Olymp. X. 2. Iphitæus 38. Romuli Rom. R. 15. Ezechiæ R. Iuda 7. Artycæ Medorum R. 30. Melis Lydorum R. 4. Tyrmæ Maced. R. 20. Æsimedis Athen. Archontis decennalis 6.

Per. Iul. 3975. Ind. 4. Lunæ 15. Solis 27. Lit. Dom. B. Mundi 3315. Græcor. 4770. Iudaïci computi 3023. Abraami ex Eusebio 1278. Templi 293. Nabon. Babyl. Regis 9. à die 24. Februarij, feria 5.

XVI. *Romæ annus*, A. C. 738. Olymp. X. 3. Iphitæus 39.

Romuli Rom. R. 16. Ezechiæ R. Iuda 8. Artycæ Medorum R. 31. Melis Lydorum R. 5. Tyrmæ Macedonum R. 21. Æsimedis Athen. Archontis decennalis 7.

Per. Iul 3976. Ind. 1. Lunæ 5 Solis 28. Lit. Dom. A. Mundi 3316. Græc. 4771. Iudaïci computi 3024. Abraami ex Eusebio 1279 Templi 294. Nabon. Babylon. Regis 10 à 24. Februarij, feria 6.

XVII. *Romæ annus*, A.C. 737. Olymp. X. 4. Iphitæus 40. Romuli Rom. R. 17. Ezechiæ R. Iuda 9. Artycæ Medorum R. 32. Melis Lydorum R. 6. Tyrmæ Macedonum R. 22. Æsimedis Athen. Archontis decennalis 8.

Per. Iul. 3977. Ind. 2. Lunæ 6. Solis 1. Lit. Dom. G F. Mundi 3317. Græc 4772. Iudaïci computi 3025. Abraami ex Eusebio 1280. Templi 295. Nabon. Babylon. R. 11. cuius *Thoth* die 24. Februarij sabbato.

XVIII. *Romæ annus*, A.C. 736. Olymp. XI. 1. Iphitæus 41. victore stadij Xenochare Messenio, Romuli Rom. R. 18. Ezechiæ R. Iuda 10. Artycæ Medorum R. 33. Melis Lydorum R. 7. Tyrmæ Maced. R. 23. Æsimedis Athen. Archontis decennalis 9. *Salmanasare Assyriorum Rege mortuo* SENNACHERIB regnum capessit, qui etiam Sargon dicitur ab Isaia cap. 20.

Per. Iul. 3978. Ind. 3. Lunæ 7. Solis 2. Lit. Dom. E. Mundi 3318 Græcorum 4773. Iudaïci computi 3026. Abraami ex Eusebio 1281. Templi 296 Nabon. Babyl. Regis 12. cuius *Thoth* cœpit die 23. Februarij Dominicâ. Apud Caluisium mendosè die 23. Martij, feriâ 4.

XIX. *Romæ annus*, A.C. 735. Olymp. XI. 2. Iphitæus 42. Romuli Rom. R. 19. Ezechiæ R. Iuda 11. Artycæ Medorum R. 34. Melis Lydorum R. 8. Tyrmæ Macedonum R. 24. Æsimedis Athen. Archontis decennalis 10.

Per. Iul. 3979. Ind. 4. Lunæ 8. Solis 3. Lit. Dom. D. Mundi 3319. Græcorum 4774. Iudaïci computi 3027. Abraami ex Eusebio 1282. Templi 297. Nabon. Babyl. R. 13. à die 23. Februarij, feria 2.

XX. *Romæ annus*, A.C. 734. Olymp. XI. 3. Iphitæus 43. Romuli Rom. R. 20. Ezechiæ R. Iuda 12. Artycæ Medorum R. 35. Melis Lydorum R. 9. Tyrmæ Macedonum R. 25. *Æsimedes secundus apud Athenienses Archon decennalis desiit*, succedente CLIDICO.

Per. Iul. 3980. Indict. 5. Lunæ 9. Solis 4. Lit. Dom. C. Mundi 3320. Græcorum 4775. Iudaïci computi 3028. Abraami ex Eusebio 1283. Templi 298. Nabon. Babyl. R. 14. à die 23. Februarij, feria 3.

XXI. *Romæ annus*, A.C. 733. Olymp. XI. 4. Iphitæus 44. Romuli Rom. R. 21. Ezechiæ R. Iuda 13. Artycæ Medorum R. 36. Melis Lydorum R. 10. Tyrmæ Macedonum R. 26. Clidici Athen. Archontis decennalis 2.

Per. Iul. 3981. Ind. 6. Lunæ 10. Solis 5. Lit. Dom. B A. Mundi 3321. Græcorum 4776. Iudaïci computi 3029. Abraami ex Eusebio 1284. Templi 299. Nabon. Babylon. Regis 15. à die 23. Februarij, feria 4. *Quem Regem, cùm 14 annis imperasset, obiisse ferunt*, succedente ad duos dumtaxat annos NASSIO quodam, seu Nadio quem exhibet cum pluribus aliis Canon quidam Mathematicus, Ptolemæo Astronomo, vt volunt, iam olim cognitus: de quo plura Scaliger, Caluisius, Emmius, Behmius, Petauius, similésque Chronologi. Quoniam verò priscis Scriptoribus ignota videntur fuisse Regum illorum nomina, nos Salianum & quosdam alios sequuti in serie Regum Babyloniorum Nabonassari ἀμέσως Merodachum seu Mardo-Kempadum subiecimus, ne Tironum memoriam inani obscuriorum hactenus Principum nomenclaturâ oneraremus. Hîc verò, ne ab eruditis recedere omninò videamur, eorum mentionem placuit paucis adscribere ex Canone illo quem ex codicibus MSS. Bibliothecæ Regiæ emendatum interpolatúmque sub finem II. Partis Rationatij edidit P. Petauius.

XXII. *Romæ annus*, A.C. 732. Olymp. XII. 1. Iphitæus 45. victore stadij Oxydami Coronæo, Romuli Rom. R. 22. Ezechiæ R. Iuda 14. Artycæ Medorum R. 37. Melis Lydorum Regis 11. Tyrmæ Macedonum R. 27. Clidici Athen. Archontis decennalis 3.

Per. Iul. 3982. Indict. 7. Lunæ 11. Solis 6. Lit. Dom. G. Mundi 3322. Græcorum 4777. Iudaïci computi 3030. Abraami ex Eusebio 1285. Templi 300. Æræ Nabonassari Babylon. Regis 16. à die 22. Februarij, feria 5.

XXIII. *Romæ annus*, A.C. 731. Olymp. XII. 2. Iphitæus 46, Romuli Romanorum Regis 23. Ezechiæ R. Iuda 15. Artycæ Medorum R. 38. *Meles Lydorum Rex vigesimus primus obiit post regnum annorum* 12. Successit CANDAVLES Myrsi filius Heraclidarum vltimus Myrsilus vocatus ab Herodoto annis 17. Tyrmæ Medorum R. 28. Clidici Athen. Archontis decennalis 4.

Per. Iul. 3983. Indict. 8. Lunæ 12. Solis 7. Lit. Dom. F. Mundi 3323. Græcorum 4778. Iudaïci computi 3031. Abraami ex Eusebio 1286. Templi 301. Nabonass. 17. à die 22. Februarij, feria 6.

XXIV. *Romæ annus*, A. C. 730. Olymp. XII. 3. Iphitæus 47. Romuli Roman. R. 24. Ezechiæ R. Iuda 16. Artycæ Medorum R. 39. Candaulis Lydorum Regis 2. Tyrmæ Macedonum R. 29. Clidici Athen. Archontis dec. 5. Assyriorum centum octoginta millia ab Angelo vnâ nocte extincta, *ipséque Sennacherib post dies 45. à filiis suis occisus est in templo Nesroch idoli sui anno regni sui sexto.* Succedit ASSARADDON, quem Iosephus Asaracoldam appellat. S. Hieronymus in Commentariis in caput 36. Isaiæ Assyriorum Reges enumerat sex quorum vltimum facit Sennacherib, & Salmanasaro Sargonem tum Assaraddonem subiicit. cùm certo certius sit Assa-

raddonem Sennacheribi fuisse filium, & successorem. *Euphaes Messeniorum Rex decimotertio regni sui anno ad Ithomen à Lacedæmoniis interfectus est*, eiúsque loco regnauit Aristodemus, qui ante 8. annos filiam suam ex oraculo mactauerat, & quinto regni sui anno Lacedæmonios ingenti clade affecit.

Per Iul. 3984. Indict. 9. Lunæ 13. Solis 8. Lit. Dom E. Mundi 3324. Græcorum 4779. Iudaïci computi 3032. Abraami ex Eusebio 1287. Templi 302. Nabonassari 18. à die 22. Februarij sabbato.

XXV. *Romæ annus*, A. C. 729. Olymp. XII. 4. Iphitæus 48. Romuli Rom. R. 25. Ezechiæ R. Iuda 17. Artycæ Medorum R. 40. Candaulis Lydorum R. 3. Tyrmæ Macedonum Regis 30. Clidici Athen. Archontis decennalis 6.

Per. Iul. 3985. Ind. 10 Lunæ 14. Solis 9. Lit. Dom. D C. Mundi 3325 Græcorum 4780 Iudaïci computi 3033. Abraami ex Eusebio 1288. Templi 303 Nabonassari 19. à die 22. Februarij Dominicâ.

XXVI. *Romæ annus*, A C. 728. Olymp. XIII. 1. Iphitæus 49. victore stadij Diocle Corinthio, Romuli Rom. Regis 26. Ezechiæ R. Iuda 18. Artycæ Medorum R. 41. Candaulis Lydorum R. 4. Tyrmæ Maced. R. 31. Clidici Athen. Archontis decennalis 7.

Per. Iul. 3986 Ind. 11. Lunæ 15. Solis 10. Lit. Dom. B Mundi 3326. Græcorum 4781. Iudaïci computi 3034. Abraami ex Eusebio 1289. Templi 304. Nabonassari 20. cuius *Thoth* cœpit die 21 Februarij, feria 2.

XXVII. *Romæ annus*, A. C. 727. Olymp. XIII. 2. Iphitæus 50. Romuli Rom. R. 27. Ezechiæ R. Iuda 19. Artycæ Medorum R. 42. Candaulis Lydorum R. 5. Tyrmæ Macedonum R. 32. Clidici Athen. Archontis decennalis 8.

Per. Iul 3987 Ind. 12. Lunæ 16. Solis 11. Lit. Dom A. Mundi 3327. Græcorum 4782 Iudaïci computi 3035. Abraami ex Eusebio 1290. Templi 305. Nabonassari 21 à die 21. Februarij, feria 3.

XXVIII. *Romæ annus*, A. C. 726. Olymp. XIII. 3. Iphitæus 51. Romuli Rom. R. 28. Ezechiæ R. Iuda 20. Artycæ Medorum R. 43. Candaulis Lydorum R. 6. Tyrmæ Maced. R. 33. Clidici Athen. Archontis decennalis 9.

Per Iul. 3988 Ind. 13. Lunæ 17. Solis 12. Lit. Dom G. Mundi 3328 Græcorum 4783 Iudaïci computi 3036. Abraami ex Eusebio 1291. Templi 306. Nabonassari 22. à die 21. Februarij, feria 4.

XXIX. *Romæ annus*, A. C. 725. Olymp. XIII. 4. Iphitæus 52. Romuli Rom. R. 29. Ezechiæ R. Iuda 21. Artycæ Medorum R. 44. Candaulis Lydorum R. 7. Tyrmæ Maced. Regis 34. Clidici Athenis Archontis dec. 10.

Per. Iul. 3989. Ind. 14. Lunæ 18. Solis 13. Lit. Dom. F E. Mundi 3329. Græcorum 4784. Iudaïci computi 3037. Abraami ex Eusebio 1292. Templi 307. Nabonassari 23 à die 21. Februarij, feria 5.

XXX. *Romæ annus*, A. C. 724. Olymp. XIV. 1. Iphitæus 53. victore duplicati stadij siue διαύλου Hypenio Eleo, Romuli Rom. R. 30. Ezechiæ R. Iuda 22. Artycæ Medorum Regis 45. Candaulis Lydorum R. 8. Tyrmæ Maced. Regis 35. *Post Clidicum* quartus Athenis Archon HIPPOMENES, qui, vt suo monebimus loco, Præfecturæ decennium non impleuit, Aristodemus Messeniorum Rex, cùm regnasset annos sex & menses aliquot ad filiæ sepulcrum se interficit; tum euersâ à Spartanis Ithome Messeniacum bellum finitum, quod durauerat annis 20.

Per. Iul 3990 Ind. 15. Lunæ 19. Solis 14. Lit. Dom. D. Mundi 3330 Græc. 4785. Iudaïci computi 3038. Abraami ex Eusebio 1293. Templi 308. Nabon. 24. à die 20. Februarij, feria 6.

XXXI. *Romæ annus*, A. C. 723. Olymp. XVI. 2. Iphitæus 54. Romuli Rom. R. 31. Ezechiæ Regis Iuda 23. Artycæ Medorum R. 46. Candaulis Lydorum R. 9. Tyrmæ Macedonum R. 36. Hippomenis Athenis Archontis 2.

Per. Iul. 3991. Indict. 1. Lunæ 1. Solis 15. Lit. Dom. C. Mundi 3331. Græcorum 4786. Iudaïci computi 3039. Abraami ex Eusebio 1294. Templi 309. Nabonassari 25. à die 20. Februarij sabbato.

XXXII. *Romæ annus*, A. C. 722. Olymp. XIV. 3. Iphitæus 55. Romuli Rom. R. 32. Ezechiæ R. Iuda 24. Artycæ Med. R. 47. Candaulis Lydorum R. 10. Tyrmæ Maced. Regis 37. Hippomenis Athenis Archontis 3.

Per. Iul. 3992. Indict. 2 Lunæ 2. Solis 16. Lit Dom B. Mundi 3332. Græcorum 4787. Iudaici computi 3040. Abraami ex Eusebio 1295. Templi 310 Nabonass. 26. à die 20. Februarij Dominicâ.

XXXIII. *Romæ annus*, A. C. 721. Olymp. XIV. 4. Iphitæus 56. Romuli Rom. R. 33. Ezechiæ R. Iuda 25. Artycæ Medorum R. 48. Candaulis Lyd. Regis 11. Tyrmæ Maced. R. 38. Hippomenis Athenis Archontis 4. *Assaraddon Sennacheribi filius & in regno Assyriorum successor victus creditur* à Merodacho seu Mardo-Kempado, qui si quæ fides habenda Canoni quem Mathematicum, & Ptolemaïcum vocant Scaligeriani, Bilulæo apud Babylonios hoc anno Nabonassari 27. successit, & Assyriis in potestatem redactis Imperij Babylonici iecit fundamenta centum præcisè annis ante Nabopolassari annum 5. Lunari exiguo defectu insignem.



Per. Iul. 3993. Indict. 3. Lunæ 3. Solis 17. Lit. Dom A G. Mundi 3333. Græcorum 4788. Iudaici computi 3041. Abraami ex Eusebio 1296. Templi 311. Nabonassari 27. cuius *Thoth* à die 20 Februarij, feria 2. *Ptolemæus libro 4. μεγάλης συντάξεως pag. 95 recenset Eclipsim Lunæ factam primo anno Mardo-Kempadi, qui erat 27. ἀπὸ τῆς βασιλείας τοῦ Ναβονασσάρου, mensis Thoth die 29. horis 8 m n 40'. à meridie Alexandriæ, hoc est die 19 Martij Iuliani, feria secundâ. Vide Mulerium, Petauium pag. 773. Tomi I. Caluisium, Lansbergium, Bullialdum, similesque nostræ ætatis peritissimos Astronomos.*

XXXIV. *Romæ annus*, A.C. 720. Olymp. XV. 1. Iphitæus 57. victore stadij Orsippo Megarensi quem primùm cucurrisse nudum ferunt, Romuli Rom. R. 34. Ezechiæ R. Iudæ 26. Artycæ Medorum R. 49. Candaulis Lydorum R. 12. Tyrmæ Macedonum Regis 39. Hippomenis Athenis Archontis 5.

Per. Iul. 3994. Indict. 4. Lunæ 4. Solis 18. Lit. Dom. F. Mundi 3334. Græcorum 4789 Iudaici computi 3042. Abraami ex Eusebio 1297. Templi 312. Nabonassari 28. cuius *Thoth* cœpit 19. Februarij, feria 3. *Ptolemæus eodem libro 4. Almagesti hoc anno Nabonassari qui fuit Mardo-Kempadi 2. accidisse Lunarem eclipsim die 18. mensis Thoth horis 11. minutis 10. à meridie Alexandriæ, siue die 8. Martij Iuliani, feria 6 siue sabbato ineunte cum die 9. Martij si mediâ nocte accidisse velis, de qua pluribus egerunt qui supra nominati sunt Astronomi. Alterius quoque Lunaris defectionis eodem anno post dies 176 visæ mentionem facit Ptolemæus die 15. mensis Phamenoth horis 7. minutis 40 à meridie Alexandriæ, hoc est Calendis Septembris, feriâ primâ Petauius de vtraque pag. 774. & 775. Tomi I.*

XXXV. *Romæ annus*, A. C. 719. Olymp. XV. 2. Iphitæus 58. Romuli Rom. R. 35. Ezechiæ Regis Iudæ 27. Artycæ Medorum R. 50. Candaulis Lydorum R. 13. Tyrmæ Maced. Regis 40. Hippomenis Athenis Archontis 6.

Per. Iul. 3995 Indict. 15. Lunæ 5. Solis 19. Lit. Dom. E. Mundi 3335. Græcorum 4790. Iudaici computi 3043. Abraami ex Eusebio 1298. Templi 313. Nabonassari 29. à die 19. Februarij, feria 4.

XXXVI. *Romæ annus*, A.C. 718. Olymp. XV. 3. Iphitæus 59. Romuli Rom. R. 36. Ezechiæ Regis Iuda 28. *Artycas quartus Medorum Rex obiit, cùm regnasset annis* 50. Successit ARBIANES annis 22. Candaulis Lydorum Regis 14. Tyrmæ Maced. Regis 41. Hippomenis Athenis Archontis 7.

Per. Iul. 3996. Indict. 6. Lunæ 6. Solis 20. Lit Dom. D Mundi 3336. Græcorum 4761. Iudaici computi 3044. Abraami ex Eusebio 1299. Templi 314. Nabonassari 30 à die 19. Februarij, feria 5.

XXXVII. *Romæ annus*, A.C. 717. Olymp. XV. 4. Iphitæus 60. Romuli Rom. Regis 37. *Ezechias decimus tertius Rex Iuda obiit, anno regni sui 29.* Succedit MANASSES eius filius annos natus 12. Arbianis Medorum R. 2. Candaulis Lyd. R. 15. Tyrmæ Maced. R. 42. Hippomenis Athenis Archontis 8.

Per. Iul. 3997. Indict. 7. Lunæ 7. Solis 21. Lit. Dom. C B. Mundi 3337. Græcorum 4792. Iudaici computi 3045. Abraami ex Eusebio 1300. Templi 315. Nabonassari 31. à die 19. Februarij, feria 6.

XXXVIII. *Romæ annus*, A. C. 716. Olymp. XVI. 1. Iphitæus 61. victore stadij Pythagorâ Lacedæmonio, Romuli Rom. R. 38. Manassis R. Iuda 2. Arbianis Medorum R. 3. Candaulis Lydorum R. 16. Tyrmæ Maced. R. 43. *Hippomenes quartus Athenis Archon decennalis, quod filiam suam stupri ream cum equo inclusam fame enecasset, abrogato magistratu redactus est in ordinem anno Præfecturæ circiter octauo absoluto:* Suffectúsque est in eius locum LEOCRATES ad annos decem. *Midas Phrygiæ Rex potato tauri sanguine interiit.*

Per. Iul. 3998. Indict. 8. Lunæ 8. Solis 22. Lit. Dom. A. Mundi 3338. Græcorum 4793. Iudaici computi 3046. Abraami ex Eusebio 1301. Templi 316. Nabonassari 32. à die 18. Februarij sabbato.

XXXIX. *Romæ annus*, A. C. 715. Olymp. XVI. 2. Iphitæus 62. *Romulus primus Romanorum Rex per annos 38. discerptus est à Senatoribus ad Capuæ paludes die Maij 26. feriâ septimâ quâ Solis defectionem fuisse memorant.* Reliquo anno interregnum fuit. Manassis R. Iuda 3. Arbianis Medorum R. 4. Candaulis Lydorum Regis 17. Tyrmæ Maced. R. 44. Leocratis Athen. Archontis decennalis 2.

Per. Iul. 3999. Ind. 9. Lunæ 9. Solis 23. Lit. Dom. G. Mundi 3339. Græcorum 4794. Iudaici computi 3047. Abraami ex Eusebio 1302. Templi 317. Nabonassari 33. à die 18. Februarij Dominicâ. *De Eclipsi Solari quam in morte Romuli contigisse testantur Dionysius Halicarnasseus libro I. Antiq. Roman. Plutarchus in Romuli vitâ, Cicero in somnio Scipionis, Ouidius 2. Fastorum, Seneca, Lampridius, S. Augustinus, alij, vide Petauium Libri X. de Doctrina Temporum cap. 22. vbi docet visam fuisse hora post meridiem 7. sub occasum, & durasse vnam horam cum tribus quadrantibus. Eamdem quoque inter alias exhibet pag. 776. Tomi I.*

XL. *Romæ annus*, A. C. 714. Olymp. XVI. 3. Iphitæus 63. Post anni vnius à Romuli cæde interregnum NVMA Pompilius Rex Romanorum secundus à Senatu Populóque electus est, qui Sacra, Sacerdotes, Ancilia, Salios instituit, Templum Iani extruxit, numos sua effigie signauit, additis Ianuario & Februario mensibus annum correxit, ab Egeriâ nymphâ multa didicisse visus est, *&c.* Manassis R. Iuda 4. cuius iussu Isaias Propheta serra lignea dissectus occubuit, vt volunt, die 6. Iulij, cùm ab an. 25. Oziæ prophetare cœpisset, Arbianis Med. Regis 5. *Candaules Lydorum Rex vigesimus secundus anno regni decimoseptimo interfectus est à* GYGE qui Mermnadarum primus regnauit in Lydia annis octo & triginta, Tyr-

mæ Macedonum Regis 45. Leocratis Athen. Archontis decennalis 3.

Per. Iul. 4000. Ind. 10. Lunæ 10. Solis 24. Lit. Dom. F. Mundi 3340. Græcorum 4795. Iudaïci computi 3048. Abraami ex Eusebio 1303. Templi 218. Nabonassari 34. à die 18. Februarij, feria 2.

XLI. *Romæ annus*, A.C. 713. Olymp. XVI. 4. Iphitæus, 64. Numæ Pompilij Rom. R. 2. Manassis R. Iuda 5. Arbianis Medorum R. 6. Gygis Lydorum Regis 2. *Tyrmas tertius Macedonum Rex obiit, anno regni* 45. succedente PERDICCA ad annos 48. Leocratis Athen. Archontis decennalis 4.

Per. Iul. 4001. Indict. 11. Lunæ 11. Solis 25. Lit. Dom. E D. Mundi 3441. Græcorum 4796. Iudaïci computi 3049. Abraami ex Eusebio 1304. Templi 319. Nabonassari 35. à die 18. Februarij, feria 3.

XLII. *Romæ annus*, A. C. 712. Olymp. XVII. 3. Iphitæus 65. victore stadij Polo Epidaurio, Numæ Pompilij Rom. R. 3. Manassis R. Iuda 6. Arbianis Medorum R. 7. Gygis Lydorum R. 3. Perdiccæ Macedonum Regis 2. Leocratis Athen. Archontis decennalis 5.

Per. Iul. 4002. Ind. 12. Lunæ 12. Solis 26. Lit. Dom. C. Mundi 3342. Græcorum 4797. Iudaici comp. 3050. Abraami ex Eusebio 1305. Templi 320. Nabonassari 36. à die 17. Februarij, feria 4.

XLIII. *Romæ annus*, A.C. 711. Olymp. XVII. 2. Iphitæus 66. Numæ Rom. R. 4. Manassis R. Iuda 7. Arbianis Medorum R. 8. Gygis Lydorum R. 4. Perdiccæ Maced. R. 3. Leocratis Athen. Archontis decennalis 6.

Per. Iul. 4003. Ind. 13. Lunæ 13. Solis 27. Lit. Dom. B. Mundi 3343. Græcorum 4798. Iudaïci computi 3051. Abraami ex Eusebio 1306. Templi 321. Nabonassari 37. à die 17. Februarij, feria 5.

XLIV. *Romæ annus*, A.C. 710. Olymp. XVII. 3. Iphitæus 67. Numæ Rom. R. 5. Manassis R. Iuda 8. Arbianes, qui etiam Arphaxadus dictus est, Medorum Rex hoc anno regni sui 9. vincitur à Merodacho seu Mardo-Kempado Babyloniorum Rege, quem Nabuchodonosorem appellat auctor libri Iudith. Idem verò Merodach abductum Babylonem anno præcedenti Manassem, liberum hoc anno dimisit. Neque enim assentimur iis qui ex Canone Mathematico post 12. regni annos Mardo-Kempado circa hæc tempora successorem assignant ARCEANVM nescio quem ad annos quinque, & post eius obitum biennij interregnum inculcant, Gygis Lydorum Regis 5. Perdiccæ Maced. R. 4. Leocratis Athen. Archontis decennalis 7.

Per. Iul.

Per. Iul. 4004. Ind. 14. Lunæ 14. Solis 28. Lit. Dom. A. Mundi 3344. Græcorum 4799. Iudaïci comp. 3052. Abraami ex Eusebio 1307. Templi 322. Nabonassari 38. à die 17. Februarij, feria 6.

XLV. *Romæ annus*, A.C. 709. Olymp. XVII. 4. Iphitæus 68. Numæ Pompilij Rom. R. 6. Manassis R. Iuda 9. Arbianis Medorum R. 10. Gygis Lydorum R. 6. Perdiccæ Macedonum R. 5. Leocratis Athen. Archontis decennalis 8. *Holofernes exercitus Babylonici ductor ad Bethuliam hoc vel potiùs sequenti anno obtruncatur à Iudithâ.*

Per. Iul. 4005. Ind. 15. Lunæ 15. Solis 1. Lit. Dom. GF. Mundi 3345. Græcorum 4800. Iudaïci computi 3053. Abraami ex Eusebio 1308. Templi 323. Nabonassari 39. à die 17. Februarij sabbato.

XLVI. *Romæ annus*, A.C. 708. Olymp. XVIII. 1. Iphitæus 69. stadio vicit Tellis Sicyonius, quinquertio Lampides Lacon, luctâ Eurybatus similiter Lacon, Numæ Pompilij Rom. R. 7. Manassis R. Iuda 10. Arbianis Medorum R. 11. Gygis Lydorum R. 7. Perdiccæ Macedonum R. 6. Leocratis Athen. Archontis decennalis 9.

Prisci Rom. Regis 8. Nabuchod. Regis Babyl. 18. Cyaxaris Medorum R. 28. Alyattis Lydorum R. 9. Philippi Macedonum Regis 26. Sedeciæ vltimi Regis Iuda anno labente vndecimo, mense quarto, die quinta mensis, irrumpunt in vrbem Hierosolymitanam Chaldæi per portam piscium, & omnia cædibus miscent. Ipse Rex Sedecias in Reblata ad Nabuchodonosorem ductus, postquam filios neci traditos vidisset, excæcatus est. Nabuzardan missus subinde Vrbem, Templum, Regiam incendit decimo die quinti mensis, & præcipuos quosque ciues abduxit: quæ tertia est, eáque omnium maxima, Iudæorum in Chaldæam TRANSMIGRATIO. Stetit autem Templum Salomonicum annis à primâ fundatione viginti tribus supra quadringentos, & 424. euersum est ac concrematum. Godolias relictus in Iudæa, vt residuos pauperes in officio contineret ab Ismaële occiditur. Ieremias peractis Threnis inuitus in Ægyptum abductus est, vbi anno proximè sequenti, in Taphnis à Iudæis, quos ab idolorum cultu, & profanis superstitionibus auertere conabatur, lapidibus obrutus est, vt docent Ecclesiastici Fasti Kalendis Maij.

IVDÆÆ DESOLATIO SEPTVAGENARIA.

HANC *ab vrbis & Templi Hierosolymorum excidio inchoandam manifestè sacra Scriptura declarat capite vltimo libri secundi Paralipomenon :* Cunctis diebus Desolationis egit sabbatum vsque dum complerentur septuaginta anni: *& Danielis capite nono :* Vt complerentur Desolationis Hierusalem, *vel* Templi, *vt habet sanctus Hieronymus*, septuaginta anni. *Eadem terminatur in anno primo Imperij Cyri, quum Mediâ, Sardibus, Babylone subactis dicere potuit :* Omnia regna terræ, *&c. Vide primum librum Esdræ ipso fermè initio & citatum locum Paralipomenon, ac sedulò obserua verba illa commatis vigesimi :* Si quis euaserat gladium *(post euersam vrbem & incensum Templum)* ductus in Babylonem, seruiuit Regi, & filiis eius, donec imperaret Rex Persarum, *&c. Hæc verò pluribus præmittimus, quia hîc cardo est, atque vtriusque, Sacræ nimirum & Profanæ Chronologiæ adamantinum vinculum : quod si soluas, numquam efficies, vt regnantibus Achabo, &*

Osea

Osea post annos ab ingressu Chananitidis septingentos & duodecim Roma condita sit, quæ mens est Sanctorum Augustini libro decimooctauo de Ciuitate Dei capite vigesimo secundo, Hieronymi in caput quintum Osee, Eusebij & quamplurimorum aliorum.

Per. Iul. 4106. Ind. 11. Lunæ 2. Solis 18. Lit. Dom. F. Mundi 3446. Græcorum 4901. Iudaïci computi seu maioris Hebræorum Periodi 3154. Abraami ex Eusebio 1409. V. Ætatis 424. Desolationis Septuagenariæ primus, Nabon. 140. à die 22. Ianuarij, feria 3.

CXLVII. *Romæ annus*, A. C. 607. Olymp. XLIII. 2. Iphitæus 170. Tarquinij Prisci Rom. R. 9. Nabuchod. Regis Babyl. 19. Cyaxaris Medorum R. 29. Alyattis Lydorum Regis 10. Philippi Macedonum Regis 26.

Per. Iul. 4107. Indict. 12 Lunæ 3. Solis 19. Lit. Dom. E. Mundi 3447. Græcorum 4902. Iudaici computi 3155. Abraami ex Eusebio 1410. V. Ætatis 425. Desolationis Septuagenariæ 2. Nabonass. 141. à die 22. Ianuarij, feria 4. *Caluisius Eclipsim Solis accidisse docet hoc anno die* 30. *Iulij, feria* 4. *hora vna, & minutis* 55. *post meridiem in Mesopotamiâ, eamdémque censet cum eâ, quam Herodotus memorat visam tempore Cyaxaris Medorum Regis eiúsque hostis Alyattis Lydiæ Principis.* Verùm refragatur Petauius Libri X. de Doctrina Temporum capite 1. negátque tantam fuisse, quantam Herodotus indicat, vti diem prorsus eriperet, cùm dimidia dumtaxat diametri pars fuerit obscurata. Vide quæ postea dicemus anno V. C. 157.

CXLVIII. *Romæ annus*, A. C. 606. Olympiadis XLIII. 3. Iphitæus 171. Tarquinij Prisci Rom. R. 10. Nabuchodon. R. Babyl. 20. Cyaxaris Medorum R. 30. Alyattis Lydorum R. 11. Philippi Maced. Regis 27. Sedecias Babylone in carcere moritur anno tertio ab expugnatis Hierosolymis & Templo euerso, quo Baruch post cædem Ieremiæ ex Ægypto fugiens, & ad Chaldæos proficiscens ruinas templi inuisit, & Scythæ Nomades qui ab annis 18. Madya duce Asiam penè omnem obtinuerant, à Cyaxare Medorum Rege in conuiuio ingurgitati immissis militibus necati sunt.

Per. Iul. 4108. Ind. 13. Lunæ 4. Solis 20. Lit. Dom. D. Mundi 3448. Græcorum 4903. Iudaïci computi 3156. Abraami ex Eusebio 1411. V. Ætatis 426. Desolationis Septuagenariæ 3. Nabonassari 142. à die 22. Ianuarij, feriâ 5.

CXLIX. *Romæ annus*, A. C. 605. Olympiadis XLIII. 3. Iphitæus 172. Tarquinij Prisci Rom. Regis 11. Nabuchod. R. Babyloniorum 21. Cyaxaris Medorum R. 31. Alyattis Lydorum R. 12. Philippi Macedonum Regis 28.

Per. Iul. 4109. Ind. 14. Lunæ 5. Solis 21. Lit. Dom. CB. Mundi 3449. Græcorum 4904. Iudaïci computi 3157. Abraami ex Eusebio 1412. V. Ætatis 427. Desolationis Septuagenariæ 4. Nabonassàri 143. à die 22. Ianuarij, feria 6.

CL. *Romæ annus*, A. C. 604. Olymp. XLIV. 1. Iphi-

tæus 173. victore ſtadij Gelone Lacedæmonio, Tarquinij Priſci Rom. R. 12. Nabuchodonoſoris Regis Babyloniorum 22. Cyaxaris Medorum R. 32. Alyattis Lydorum R. 13. Philippi Macedonum Regis 29.

Per. Iul. 4110. Ind. 15. Lunæ 6. Solis 22. Lit. Dom. A. Mundi 3450. Græcorum 4905. Iudaïci computi 3158. Abraami ex Euſebio 1413. V. Ætatis 428. Deſolationis Septuagenariæ 5. Nabonaſſari 144. à die 21. Ianuarij ſabbato.

CLI. *Romæ annus*, A. C. 603. Olymp. XLIV. 2. Iphitæus 174. Tarquinij Priſci Rom. R. 13. Nabuchod. R. Babylon. 23. Cyaxaris R. Medorum 33. Alyattis Lydorum R. 14. Philippi Macedonum Regis 30.

Per. Iul. 4111. Indict. 1. Lunæ 7. Solis 23. Lit. Dom. G. Mundi 3451. Græcorum 4906. Iudaïci computi 3159. Abraami ex Euſebio 1414. V. Ætatis 429. Deſolationis Septuagenariæ 6. Nabonaſſari 145. à die 21. Ianuarij Dominica. *De Eclipſis Solis die 28. Martij, feria 6. vide Petauium Tomo I. pag. 779. & Tomo II. Libro X. Capite primo.*

CLII. *Romæ annus*, A. C. 602. Olymp. XLIV. 3. Iphitæus 175. Tarquinij Priſci Rom. R. 14. Nabuchod. R. Babylon. 24. Cyaxaris R. Medorum 34. Alyattis Lydorum R. 15. Philippi Macedonum Regis 31.

Per. Iul. 4112. Indict. 2. Lunæ 8. Solis 24. Lit. Dom. F. Mundi 3452. Græcorum 4907. Iudaici computi 3160. Abraami ex Euſebio 1415. V. Ætatis 430. Deſolationis Septuagenariæ 7. Nabonaſſari 146. à die 21. Ianuarij, feria 2.

CLIII. *Romæ annus*, A. C. 601. Olymp. XLIV. 4. Iphitæus 176. Tarquinij Priſci Rom. R. 15. Nabuchod. R. Babylon. 25. Cyaxaris R. Medorum 35. Alyattis Lydorum R. 16. Philippi Macedonum Regis 32.

Per. Iul. 4113. Ind. 3. Lunæ 9. Solis 25. Lit. Dom. E D. Mundi 3453. Græcorum 4908. Iudaïci computi 3161. Abraami ex Euſebio 1416. V. Ætatis 431. Deſolationis Septuagenariæ 8. Nabonaſſari 147. à die 21. Ianuarij, feria 3. quo anno labente, Pachonis menſis Ægyptiorum die 4. ſiue Septembris Iuliani 20. feria prima Solem defeciſſe volunt per duas ferè horas ante meridiem.

CLIV. *Romæ annus*, A. C. 600. Olymp. XLV. 1. Iphitæus 177. victore ſtadij Anticrate Epidaurio, Archonte verò Athenis Megacle, Tarquinij Priſci Rom. R. 16. Nabuchod. Babyl. R. 26. Cyaxaris Medorum Regis 36. Alyattis Lydorum R. 17. Philippi Macedonum Regis 33. Athenis contigit Cylonium quod dicitur piaculum, Cylonis tyranni ab vrbe profugi filiis & cognatis, qui ſupplices ad Eumenidum aram confugerant, interfectis, vt libro primo fusè exponit Thucydides.

Per. Iul. 4114. Ind. 4. Lunæ 10. Solis 26. Lit. Dom. C. Mundi 3454. Græcorum 4909. Iud. computi 3162. Abraami ex Eusebio 1417. V. Ætatis 432. Desolationis Septuagenariæ 9. Nabonassari 148. à die 20. Ianuarij, feria 4.

CLV. *Romæ annus*, A. C. 599. Olymp. XLV. 2. Iphitæus 178. Tarquinij Prisci Rom. Regis 17. Nabuchod. Babyl. Regis 27. Cyaxaris Medorum R. 37. Alyattis Lydorum Regis 18. Philippi Macedonum Regis 34.

Per Iul. 4115. Ind. 5. Lunæ 11. Solis 27. Lit. Dom. B. Mundi 3455. Græcorum 4910. Iudaïci computi 3163. Abraami ex Eusebio 1418. V. Ætatis 433. Desolationis Septuagenariæ 10. Nabonassari 149. à die 20. Ianuarij, feria 5.

CLVI. *Romæ annus*, A. C. 598. Olymp. XLV. 3. Iphitæus 179. Tarquinij Prisci Rom. R. 18. Nabuchod. Babylon. Regis 28. Cyaxaris Medorum R. 38. Alyattis Lydorum R. 19. *Philippus sextus Macedonum Rex obiit, anno regni* 35. cui EVROPVS siue ÆROPVS eius filius adhuc infans successit, de quo videndus Iustinus libro 7.

Per. Iul. 4116. Indict. 6. Lunæ 12. Solis 28. Lit. Dom. A. Mundi 3456. Græcorum 4911. Iudaici computi 3164. Abraami ex Eusebio 1419. V. Ætatis 434. Desolationis Septuagenariæ 11. à prima Transmigratione sub Ioakimo 28. à secundâ sub Iechoniâ 21. quo Sidrach, Misach & Abdenago Iudæi Principes quod statuam auream Regi erectam adorare detrectarent, in fornacem accensam coniecti diuinitus liberati sunt, Nabonassari 150. à die 20. Ianuarij, feria 6.

CLVII. *Romæ annus*, A. C. 597. Olymp. XLV. 4. Iphitæus 180. Tarquinij Prisci Rom. R. 19. Nabuchod. Babylon. R. 29. Cyaxaris Medorum R. 39. Alyattis Lydorum R. 20. Europi Macedonum Regis 2. Apries seu Vaphree Ægyptiorum Rex anno regni 25. vincitur à Nabuchodonosore, qui iuxta vaticinia Ieremiæ & Ezechielis Ægyptum populatur, durauítque desolatio illa annis fermè 27. vsque ad an. 184. quo Amasis regnare cœpit ad annos 44.

Per. Iul. 4117. Indict. 7. Lunæ 13. Solis 1. Lit. Dom. GF. Mundi 3457. Græcorum 4912. Iudaici computi 3165. Abraami ex Eusebio 1420. V. Ætatis 435. Desolationis Septuagenariæ 12. Nabonassari 151. à die 20. Ianuarij sabbato. *Solis defectio die Iulij 9. feria 3 hora 6. matutina digitorum 9. m. 30. quam Petauius existimat à Thalete fuisse prædictam, tantámque fuisse, vt eâ Medorum Lydorúmque pugnantes exercitus exterriti positis armis pacem inter se sanciuerint, quod ex Herodoto Libro I. & ex Eudemo apud Clementem Alexandrinum Stromateo I. idem pluribus probat Cap. I. Libri X. de Doctrina Temporum. Videndum quoque caput 13. Libri VIII. pagina* 780.

CLVIII. *Romæ annus*, A. C. 596. Olympiadis XLVI. 1. Iphitæus 181. Tarquinij Prisci Rom. R. 20. Nabuchodon. R. Babyl. 30. Cyaxaris Medorum Regis 40. Alyattis Lydorum R. 21. Europi Macedonum Regis 3.

Per. Iul. 4118. Ind. 8. Lunæ 14. Solis 2. Lit. Dom. E. Mundi 3458. Græcorum 4913. Iudaici computi 3166. Abraami ex Eusebio 1421. V. Ætatis 436. Desolationis Septuagenariæ 13. Nabonassari 152. à die 19. Ianuarij Dominicâ.

CLIX. *Romæ annus*, A. C. 595. Olymp. XLVI. 2. Iphitæus 182. Archonte Athenis Philombroto, Tarquinij Prisci Rom. R. 21. Nabuchod. R. Babyl. 31. Cyaxaris Medorum Regis 41. Alyattis Lydorum Regis 22. Europi Macedonum Regis 4.

Per. Iul. 4119. Indict. 9. Lunæ 15. Solis 3. Lit. Dom D. Mundi 3459. Græcorum 4914. Iudaici computi 3167 Abraami ex Eusebio 1422. V. Ætatis 437. Desolationis Septuagenariæ 14. Nabonassari 153. à die 19. Ianuarij, feria 2.

CLX. *Romæ annus*, A. C. 594. Olymp. XLVI. 3. Iphitæus 183. Archonte Athenis Solone qui leges ciuibus suis condidit, Tarquinij Prisci Rom. R. 22. Nabuchod. R Babyl. 32. *Cyaxares Medorum Rex octauus anno regni* 41. successorem nactus est ASTYAGEM, quem post annos regni 35. Cyrus è filiâ nepos expulit regno, Alyattis Lydorum Regis 23. Europi Macedonum Regis 5. Huic porrò tempori bellè congruunt verba illa Titi Liuij libro 5. Decadis primæ sub medium: *Romæ regnante Prisco Tarquinio Celtarum penes Bituriges Summa Imperij fuit: ij Regem Celtico dabant. Ambigatus is fuit, virtute fortunáque, cùm suâ, tum publicâ præpollens*, &c. Huius ex sorore nepotes duo; Segouesus transito Rheno Germaniam; Bellouesus superatis Alpibus Italiam armis occuparunt, ab hoc Gallia Cisalpina dicta, ab illo vt quidam arbitrati sunt, propagati Francorum Reges.

Per. Iul. 4120. Ind 10. Lunæ 16. Solis 4. Lit. Dom. C. Mundi 3460. Græcorum 4915. Iudaïci computi 3168. Abraami ex Eusebio 1423. V. Ætatis 438. Desolationis Septuagenariæ 15. Nabonassari 154. à die 19. Ianuarij, feria 3.

CLXI. *Romæ annus*, A. C. 593. Olymp. XLVI. 4. Iphitæus 184. Archonte Athenis Dropide Solonis fratre, Tarquinij Prisci Romanorum Regis 23. Nabuchod. R. Babylon. 33. Astyagis Medorum Regis 2. Alyattis Lydorum R. 24. Europi Macedonum Regis 6.

Per. Iul. 4121. Ind. 11. Lunæ 17. Solis 5. Lit. Dom. B A. Mundi 3461. Græcorum 4916. Iudaïci computi 3169. Abraami ex Eusebio 1424. V. Ætatis 439. Desolationis Septuagenariæ 16. Nabonass. 155. à die 19. Ianuarij, feria 4.

CLXII. *Romæ annus*, A. C. 592. Olympiadis XLVII. 1. Iphitæus 185. victore stadij Eurycle Lacedæmonio, Archonte verò Athenis Eucrate, Tarquinij Prisci Rom. R. 24. Nabuchod. R. Babylon. 34. Astyagis Medorum R. 3. Alyattis

Lydorum Regis 25. Europi Macedonum R. 7. Ezechiel Propheta apud Babylonem à Iudice populi Israëlitici, quem de cultu idolorum arguerat, trucidatus est.

Per. Iul. 4122. Ind. 12. Lunæ 18. Solis 6. Lit. Dom. G. Mundi 3462. Græcorum 4917. Iudaici computi 3170. Abraami ex Eusebio 1425. V. Ætatis 440. Desolationis Septuagenariæ 17. Nabonassari 156. à die 18. Ianuarij, feria 5.

CLXIII. *Romæ annus*, A. C. 591. Olympiadis XLVII. 2. Iphitæus 186. Archonte Athenis Simone, sub quo Agon Pythius χρηματίτης factus est, & post decem annos iterùm στεφανίτης extitit Archonte Damasiâ, Tarquinij Prisci Rom. R. 25. Nabuchod. R. Babyl. 35. Astyagis Medorum Regis 4. Alyattis Lydorum R. 26. Europi Maced. Regis 8.

Per. Iul. 4123. Ind. 13. Lunæ 19. Solis 7. Lit. Dom. F. Mundi 3463. Græcorum 4918. Iudaici computi 3171. Abraami ex Euseb. 1426. V. Ætatis 441. Desolationis Septuagenariæ 18. Nabonassari 157. à die 18. Ianuarij, feria 6.

CLXIV. *Romæ annus*, A. C. 590. Olympiadis XLVII. 3. Iphitæus 187. Tarquinij Prisci Rom. Regis 26. Nabuchod. R. Babylon. 36. Astyagis Medorum R. 5. Alyattis Lydorum R. 27. Europi Maced. R. 9. Bellouesus Biturigum aliorúmque Gallorum turmis stipatus Alpium iuga transcendit, Tuscos ad Ticinum amnem fundit, Mediolanum in Insubribus condit, *ducentis annis*, inquit Liuius paullò ante citatus, *quàm Galli Clusium oppugnarent*, vrbémque Romam caperent. Tum quoque iacta sunt Massiliæ prima fundamenta à Phocæis ex Asia profectis cùm ope Bellouesi comitum Salyos indigenas populos superassent. Errant quippe non mediocriter, qui vnicam dumtaxat Phocæorum in Gallias profectionem agnoscunt, neque vnquam Eusebium cum Aristotele apud Harpocrationem, Herodoto, Tito Liuio, aliísque scriptoribus conciliare poterunt.

Per. Iul. 4124. Indict. 14. Lunæ 1. Solis 8. Lit. Dom. E. Mundi 3464. Græcorum 4919. Iudaici computi 3172. Abraami ex Eusebio 1427. V. Ætatis 442. Desolationis Septuagenariæ 19. Nabonassari 158. à die 18. Ianuarij sabbato.

CLXV. *Romæ annus*, A. C. 589. Olympiadis XLVII. 4. Iphitæus 188. Tarquinij Prisci Rom. R. 27. Nabuchodon. R. Babylon. 37. Astyagis Medorum R. 6. Alyattis Lydorum Regis 28. Europi Macedonum Regis 10.

Per. Iul. 4125. Ind. 15. Lunæ 2 Solis 9. Lit. Dom. A C. Mundi 3465. Græcorum 4920. Iudaïci computi 3173. Abraami ex Eusebio 1428. V. Ætatis 443. Desolationis Septuagenariæ 20. Nabonassari 159. à die 18. Ianuarij Dominica.

CLXVI. *Romæ annus*, A. C. 588. Olympiadis XLVIII.

1. Iphitæus 189. victore stadij GLAVCO Crotoniatâ, qui aliis dicitur Glycon, Archonte verò Athenis Phænippo, Tarquinij Prisci Rom. R. 28. Nabuchod. R Babyl. 38. Astyagis Medorum Regis 7. Alyattis Lydorum R. 29. Europi Macedonum Regis 11.

Per. Iul. 4126. Indict. 1. Lunæ 3. Solis 10. Lit. Dom. B. Mundi 3466. Græcorum 4921. Iudaïci computi 3174. Abraami ex Eusebio 1429. V. Ætatis 444. Desolationis Septuagenariæ 21. Nabonassari 160. à die 17. Ianuarij, feria 2.

CLXVII. *Romæ annus*, A. C. 587. Olymp. XLVIII. 2. Iphitæus 190. Tarquinij Prisci Rom. R. 29. Nabuchodon. Babyl. R. 39. Astyagis Medorum R. 8. Alyattis Lydorum R. 30. Europi Macedonum Regis 12.

Per. Iul. 4127. Ind. 2. Lunæ 4 Solis 11. Lit. Dom. A Mundi 3467. Græcorum 4922. Iudaici comp. 3175. Abraami ex Eusebio 1430. V. Ætatis 445. Desolationis Septuagenariæ 22. Nabonassari 161. à die 17. Ianuarij, feria 3.

CLXVIII. *Romæ annus*, A. C. 586. Olymp. XLVIII. 3. Iphitæus 191. Tarquinij Prisci Rom. R. 30. Nabuchodon. Babyl. R. 40. Astyagis Medorum R. 9. Alyattis Lydorum R. 31. Europi Maced. R. 13. *Ithobalo Tyriorum Rege anno regni* 24. *defuncto*, succedunt Ecnibalus mensibus duobus, Chelbes mensibus octo, Abbarus mensibus tribus, tum Myrgonus & Gerastratus annis sex, Balatorus anno vno, Merbulus annis quatuor, denique Iromus huius nominis secundus annis viginti, si vera narrat ex Phœnicum Annalibus Iosephus libro 8. Antiq. Iudaic.

Per. Iul. 4128 Ind. 3. Lunæ 5. Solis 12. Lit. Dom. G. Mundi 3468. Græcorum 4923. Iudaïci computi 3176. Abraami ex Eusebio 1431. V Ætatis 446. Desolationis Septuagenariæ 23. Nabonassari 162. à die 17. Ianuarij, feria 4.

CLXIX. *Romæ annus*, A. C. 585. Olympiadis XLVIII. 4. Iphitæus 192. Tarquinij Prisci Rom. R. 31. Nabuchodon. Babyl. R. 41. Astyagis Medorum R. 10. Alyattis Lydorum Regis 32. Europi R. Macedonum 14. *Periander Corinthi post Cypselum patrem per annos* 44. *tyrannus obiit, anno vno ante Olympiadis XLIX. ante Crœsi captiuitatem quadragesimo, vt ex Sosicrate asserere videtur Diogenes Laërtius.*

Per. Iul. 4129. Ind. 4. Lunæ 6. Solis 13. Lit. Dom. FE. Mundi 3469. Græcorum 4924 Iudaici computi 3177. Abraami ex Eusebio 1432. V. Ætatis 447. Desolationis Septuagenariæ 24. Nabonassari 163. à die 17. Ianuarij, feria 5. *Eclipsis Solis à Thalete Milesio prædicta contigit die* 28. *Maij, feria* 2. *seu die* 13. *Tybi, Sardibus, horis ferè sex aut septem post meridiem, eáque propemodum totalis.* Plinius libro 2. Naturalis Historiæ cap. 12. huius meminit: *Apud Græcos autem inuestigauit primus omnium Thales Milesius Olympiadis quadragesimæ octauæ, anno quarto*

prædicto Solis defectu, qui Halyatte Rege factus est, Vrbis conditæ anno CLXX. seu potius CLXIX. quod enim ad Olympiadis annum spectat is dicitur quartus, quia post vnum alterúmve mensem inchoandus erat. *De eadem videndi Cleomedes libro 2 κυκλικῆς θεωρίας cap. 30. Theon in Comment. μεγάλης συντάξεως Ptolemæi libro 6. cap. 11. & ex recentioribus, Buntingus, Scaliger, Salianus, Petauius tum pag. 781. Tomi I. tum Tomo II. Cap. 1. Libro 10. Keplerus, Lansbergius, Ricciolus.* Quod verò plerique volunt eamdem illam esse cum eâ de quâ ex Herodoto, & Eudemo apud Clementem Stromateum supra suo loco meminimus, id meritò displicuit Petauio, qui Cyaxarem iam à decennio è viuis sublatum non potuisse cum Alyatte pugnam ini[illegible]itè aduersariis obiecit. Habent enimuerò & quod reponant ipsi aduersus eclipsim summo mane factam, & digitos 9. vix superantem, quòd neque tempori longioris prælij neque quantitati eclipsis in Asia minore conspectæ respondeat.

CLXX. *Romæ annus*, A. C. 584. Olympiadis XLIX. 1. Iphitæus 193. victore stadij Lycino Crotoniatâ, Tarquinij Prisci Romanorum R. 32. Nabuchodonosoris R. Babyl. 42. Astyagis Medorum Regis 11. Alyattis Lydorum R. 33. Europi Macedonum Regis 15.

Per. Iul. 4130. Ind. 5. Lunæ 7. Solis 14. Lit. Dom D. Mundi 3470. Græcorum 4925. Iudaici computi 3178. Abraami ex Eusebio 1433. V. Ætatis 448. Desolationis Septuagenariæ 25. Nabonassari 164. à die 26. Ianuarij, feria 6.

CLXXI. *Romæ annus*, A. C. 583. Olympiadis XLIX. 2. Iphitæus 194. Tarquinij Prisci Rom. R. 33. Nabuchodonosoris Babyl. R. 43. Astyagis Medorum Regis 12. Alyattis Lydorum Regis 34. Europi Macedonum Regis 16.

Per. Iul. 4131. Indict. 6. Lunæ 8. Solis 15. Lit. Dom. C. Mundi 3471. Græcorum 4926. Iudaici computi 3179. Abraami ex Eusebio 1434. V. Ætatis 449. Desolationis Septuagenariæ 26. Nabonassari 165. à die 16. Ianuarij sabbato. *Eclipsis Solis Kal. Octobris, feria 6. hora quinta post meridiem.* Verùm cùm in Asia minore non fuerit conspecta, errauit profectò Solinus si eâ diremptum voluit Lydorum Medorúmque prælium Olympiade 49. Videsis Petauium locis supra citatis Tomi I. pag. 781. & Tomo II. Cap. 1. Libri 10.

CLXXII. *Romæ annus*, A. C. 582. Olympiadis XLIX. 3. Iphitæus 195. Archonte Athenis Damasiâ, Tarquinij Prisci Rom. R. 34. *Nabuchodonosore Babyloniorum Rege mortuo post annum Imperij 20. regni verò* 43. filius eius EVILMERODACH successit, regnauítque annis 23. vt ex Seder-Olam, Rabbi Abrahamo, aliísque, plerique censent eruditi Chronologi fauente libri quarti Regum capite 25. ideóque iampridem suspicatus sum in Berosi fragmentis, & in Canone illo, quem Ptolemæo priscísque Astronomis notum fuisse volunt, annos deesse 20. nescio cui intruso Saosduchæo vltrò assignatos, Astyagis Medorum R. 13. Alyattis Lydorum R. 35. Europi Macedonum Regis 17.

Per. Iul. 4132. Indict. 7. Lunæ 9. Solis 16. Lit. Dom. B. Mundi 3472. Græcorum 4927. Iudaïci computi 3180. Abraami ex Eusebio 1435. V. Ætatis 450 Desolationis Septuagenariæ 27. Transmigrationis siue captiuitatis Iechoniæ Regis Iuda 37. quo vergente ad finem, vtpote 27. die mensis duodecimi Rex ille ab Euilmerodacho è carcere abductus est, & in honore quandiu vixit maximo habitus, vt ex Ieremiæ cap. 52. & IV. Regum cap. 25. manifestò colligitur. Nabonass. 166. à die 16. Ianuarij Dominicâ.

CLXXIII. *Romæ annus*, A. C. 581. Olympiadis XLIX. 4. Iphitæus 196. Tarquinij Prisci Rom. R. 35. Euilmerodachi Babyl. R. 2. Astyagis Medorum Regis 14. Alyattis Lydorum Regis 36. Europi Macedonum Regis 18.

Per. Iul. 4133. Ind. 8. Lunæ 10. Solis 17. Lit. Dom. A G. Mundi 3473. Græcorum 4928. Iudaïci computi 3181. Abraami ex Eusebio 1436. V. Ætatis 451. Desolationis Septuagenariæ 28. Nabonass. 167. à die 16. Ianuarij, feria 2. *Eclipsis Solis die 26. Martij, feria 6. quam Caluisius arbitratur designari à Solino, dum ait:* Lydium bellum compositum Olympiade XLIX. cùm fœdera haustu sanguinis firmata essent. *Verùm rectè subiungit Cyaxarem hoc tempore dudum fuisse defunctum, itaque mendum in Herodoto cubare.* Quis tamen sanæ mentis Solinum tantò posteriorem Herodoto anteferat, qui vix vno alteróve sæculo vixit post Halyattis tempora? *Consulendus quoque in eandem rem Petauius Tomi I. pag. 784. & Tomi II. pag. 153. vbi etiam docet die 21. Septembris anno præcedenti feria 4. Sardibus Solis defectionem non fuisse visam.*

CLXXIV. *Romæ annus*, A. C. 580. Olymp. L. 1. Iphitæus 197. victore stadij Epitelide Lacedæmonio, Tarquinij Prisci Rom. R. 36. Euilmerodachi Regis Babyloniorum 3. Astyagis Medorum Regis 15. Alyattis Lydorum R. 37. Europi Macedonum Regis 19.

Per. Iul. 4134 Indict. 9. Lunæ 11. Solis 18. Lit. Dom. F. Mundi 3474. Græcorum 4929. Iudaïci computi 3182. Abraami ex Eusebio 1437. V. Ætatis 452. Desolationis Septuagenariæ 29. Nabonassari 168. à die 15. Ianuarij, feria 3.

CLXXV. *Romæ annus*, A. C. 579. Olymp. L. 2. Iphitæus 198. Tarquinij Prisci Rom. R. 37. Euilmerodachi R. Babyloniorum 4. Astyagis Medorum R. 16. Alyattis Lydorum Regis 38. Europi Macedonum Regis 20. Iechonias quondam Iudæorum Rex obiit Babylone, vt Prophetæ iam olim prædixerant, anno ætatis 59. Transmigrationis secundæ 40. prioris verò 48. qui Desolationis & Captiuitatis LXX. penultimus esset, si P P. Samerio, Tirino, Philippæo, & quibusdam aliis, qui eius exordia ab anno Regis Iosiæ 13. Romæ 107. arcessunt, fidem habere vellemus, cùm tamen fuerit præsens hîc annus Tertiæ Deportationis seu Desolationis à Ieremiâ prædictæ dumtaxat trigesimus, quantùm enim distant interminatio prædictióque supplicij ab ipso supplicio, tantùm à temporibus Iosiæ abesse debent LXX. illi anni, cùm floreret tum

maximè

maximè Iudæorum respublica sub optimo Principe, & vix infantiam egressus esset Magnus Nabuchodonosor. Verum ista pluribus alio in loco.

Per. Iul. 4135. Ind. 10. Lunæ 11. Solis 19. Lit. Dom. E. Mundi 3475. Græcorum 4930. Iudaici computi 3183. Abraami ex Eusebio 1438. V. Ætatis 453. Desolationis LXX. 30. Nabonassari 169. à die 15. Ianuarij, feria 4.

CLXXVI. *Romæ annus*, A. C. 578. Olymp. L. 3. Iphitæus 199. L. Tarquinij Prisci Rom. Regis 38. Euilmerodachi R. Babyl. 5. Astyagis Med. R. 17. Alyattis R. Lydorum 39. Europi Macedonum Regis 21.

Per Iul. 4136. Indict. 11. Lunæ 13. Solis 20. Lit. Dom. D. Mundi 3476. Græcorum 4931. Iudaïci computi 3184. Abraami ex Eusebio 1439. V. Ætatis 454. Desolationis LXX. 31. Nabonassari 170. à die 15. Ianuarij, feria 5.

CLXXVII. *Romæ annus*, A. C. 577. Olymp. L. 4. Iphitæus 200. Archonte Athenis Archestratide, *L. Tarquinius Priscus Demarati F. quintus Romanorum Rex ab Anci Martij filiis occisus est anno regni* 38. succedit ad annos 44. SERVIVS TVLLIVS Ocrisia matre captiuâ natus, Euilmerodachi R. Babyloniorum 6. Astyagis Medorum Regis 18. Alyattis Lydorum Regis 40. Europi Macedonum Regis 22.

Per. Iul. 4137. Ind. 12. Lunæ 14. Solis 21. Lit. Dom. CB. Mundi 3477. Græcorum 4932. Iudaïci computi 3185. Abraami ex Eusebio 1440. V. Ætatis 455. Desolationis LXX. 32. Nabonassari 171. à die 15. Ianuarij, feria 6.

CLXXVIII. *Romæ annus*, A. C. 576. Olympiadis LI. 1. Iphitæus 201. victore stadij Eratosthene Crotoniatâ, Seruij Tullij Romanorum Regis 2. Euilmerodachi R. Babylon. 7. Astyagis R. Medorum 19. Alyattis Lydorum R. 41. Europi Macedonum Regis 23.

Per. Iul. 4138. Indict. 13. Lunæ 15. Solis 22. Lit. Dom. A. Mundi 3478. Græcorum 4933. Iudaïci computi 3186. Abraami ex Eusebio 1441. V. Ætatis 456. Desolationis LXX. 33. Nabonassari 172. à die 14. Ianuarij sabbato.

CLXXIX. *Romæ annus*, A. C. 575. Olymp. LI. 2. Iphitæus 202. Seruij Tullij Rom. R. 3. Euilmerodachi Babyl. R. 8. Astyagis R. Med. 20. Alyattis Lyd. R. 42. Europi Maced. R. 24.

Per. Iul. 4139. Ind. 14. Lunæ 16. Solis 23. Lit. Dom. G. Mundi 3479. Græcorum 4934. Iudaici computi 3187. Abraami ex Eusebio 1442. V. Ætatis 457. Desolationis LXX. 34. Nabonassari 173. à die 14. Ianuarij Dominicâ.

CLXXX. *Romæ annus*, A. C. 574. Olymp. LI. 3. Iphitæus 203. Seruij Tullij Rom. R. 4. Euilmerodachi R. Babyl. 9. Astyagis R. Medorum 21. Alyattis Lydorum R. 43. Europi Regis Macedonum 25.

Per. Iul. 4140. Ind. 15. Lunæ 17. Solis 24. Lit. Dom. F. Mundi 3480. Græcorum 4935. Iudaici computi 3188 Abraami ex Eusebio 1443. V. Ætatis 458. Desolationis LXX. 35. Nabonassari 174. à die 14. Ianuarij, feria 2.

CLXXXI. *Romæ annus*, A. C. 573. Olympiadis LI. 4. Iphitæus 204. Seruij Tullij Rom. Regis 5. Euilmerodachi R. Babyl. 10. Astyagis Regis Medorum 22. Alyattis Lydorum Regis 44. Europi Macedonum Regis 26.

Per Iul. 4141. Ind. 1. Lunæ 18 Solis 25. Lit Dom. E D. Mundi 3481. Græcorum 4936. Iudaici computi 3189. Abraami ex Eusebio 1444. V. Ætatis 459. Desolationis LXX. 36. Nabonassari 175. à die 14. Ianuarij, feria 3.

CLXXXII. *Romæ annus*, A. C. 572. Olympiadis LII. 1. Iphitæus 205. victore stadij Agide Elidensi, Seruij Tullij Rom. R. 6. Euilmerodachi R. Babyl. 11. Astyagis Regis Medorum 23. Alyattis Lydorum Regis 45. Europi Macedonum Regis 27.

Per. Iul. 4142. Ind. 2. Lunæ 19. Solis 26. Lit. Dom. C. Mundi 3482. Græcorum 4937. Iudaici computi 3190. Abraami ex Eusebio 1445. V. Ætatis 460 Desolationis LXX. 37. Nabonassari 176. cuius *Thoth* cœpit die 13 Ianuarij, feria 4.

CLXXXIII. *Romæ annus*, A. C. 571. Olympiadis LII. 2. Iphitæus 206. Seruij Tullij Rom. R. 7. Euilmerodachi Regis Babyl. 12. Astyagis R. Medorum 24. Alyattis Lydorum Regis 46. Europi Macedonum Regis 28.

Per. Iul. 4143. Indict. 3 Lunæ 1. Solis 27. Lit. Dom. B. Mundi 3483. Græcorum 4938. Iudaïci computi 3191. Abraami ex Eusebio 1446. V. Ætatis 461. Desolationis LXX. 38. Nabonass. 177. à die 13 Ianuarij, feria 5.

CLXXXIV. *Romæ annus*, A. C. 570. Olympiadis LII. 3. Iphitæus 207. Archonte Athenis Aristomene, Seruij Tullij Rom. R. 8. Euilmerodachi R. Babyl. 13. Astyagis Medorum R. 25. Alyattis Lydorum R. 47. Europi Maced. Regis 29. *moritur Pittacus vnus è septem Græciæ Sapientibus annos natus* 70.

Per Iul. 4144. Ind. 4. Lunæ 2. Solis 28. Lit. Dom. A. Mundi 3484. Græcorum 4939. Iudaïci computi 3192. Abraami ex Eusebio 1447. V. Ætatis 462. Desolationis LXX. 39. Nabonassari 178. à die 13. Ianuarij, feria 6.

CLXXXV. *Romæ annus*, A. C. 569. Olympiadis LII. 4. Iphitæus 208. Seruij Tullij Rom. Regis 9. Euilmerodachi R. Babyl. 14. Astyagis Medorum Regis 26. Alyattis Lydorum R. 48. Europi Macedonum Regis 30.

Per. Iul. 4145. Indict. 5. Lunæ 3. Solis 1. Lit. Dom. G F. Mundi 3485. Græcorum 4940 Iudaïci computi 3193. Abraami ex Eusebio 1448. V. Ætatis 463. Desolationis LXX. 40. Nabonassari 179. à die 13. Ianuarij sabbato.

CLXXXVI. *Romæ annus*, A. C. 568. Olymp. LIII. 1. Iphitæus 209. victore stadij Agnone Peparethensi, Seruij

Tullij Rom. R. 10. Euilmerodachi Babyl. R. 15. Astyagis Medorum R. 27. Alyattis Lydorum Regis 49. Europi Macedonum Regis 31.

Per. Iul. 4146. Ind. 6. Lunæ 4. Solis 2. Lit. Dom. E. Mundi 3486. Græcorum 4941. Iudaici computi 3194. Abraami ex Eusebio 1449. V. Ætatis 464. Desolationis LXX. 41. Nabonassari 180. cuius *Thoth* cœpit die 12. Ianuarij Dominica.

CLXXXVII. *Romæ annus*, A. C. 567. Olymp. LIII. 2. Iphitæus 210. Seruij Tullij Rom. Regis 11. Euilmerodachi Babyl. R. 16. Astyagis Medorum Regis 28. Alyattis Lydorum Regis 50. Europi Macedonum Regis 32.

Per. Iul. 4147. Indict. 7. Lunæ 5. Solis 3. Lit. Dom. D. Mundi 3487. Græcorum 4942. Iudaici computi 3195. Abraami ex Eusebio 1450. V. Ætatis 465. Desolationis LXX. 42. Nabonassari 181. à die 12. Ianuarij, feria 2.

CLXXXVIII. *Romæ annus*, A. C. 566. Olymp. LIII. 3. Iphitæus 211. Seruij Tullij Rom. R. 12. Euilmerodachi Babyl. R. 17. Astyagis Medorum R. 29. Alyattis Lydorum R. 51. Europi Macedonum Regis 33.

Per. Iul. 4148. Indict. 8. Lunæ 6. Solis 4. Lit. Dom. C. Mundi 3488. Græcorum 4943. Iudaici computi 3196. Abraami ex Eusebio 1451. V. Ætatis 466. Desolationis LXX. 43. Nabonassari 182. à die 12. Ianuarij, feria 3.

CLXXXIX. *Romæ annus*, A. C. 565. Olympiadis LIII. 4. Iphitæus 212. Seruij Tullij Rom. Regis 13. Euilmerodachi Babyl. R. 18. Astyagis Medorum R. 30. Alyattis Lydorum R. 52. Europi Macedonum Regis 34.

Per. Iul. 4149. Ind. 9. Lunæ 7. Solis 5. Lit. Dom. BA. Mundi 3489. Græcorum 4944. Iudaici computi 3197. Abraami ex Eusebio 1452. V. Ætatis 467. Desolationis LXX. 44. Nabonassari 183. à die 12. Ianuarij, feria 4.

CXC. *Romæ annus*, A. C. 564. Olympiadis LIV. 1. Iphitæus 213. victore stadij Hippostrato Crotoniatâ, Seruij Tullij Rom. R. 14. Euilmerodachi Babyl. R. 19. Astyagis Medorum R. 31. Alyattis Lydorum Regis 53. Europi Macedonum Regis 35. *Æsopus fabulator insignis de Saxo apud Delphos deiicitur.*

Per. Iul. 4150. Ind. 10. Lunæ 8. Solis 6. Lit. Dom. G. Mundi 3490. Græcorum 4945. Iudaici computi 3198. Abraami ex Eusebio 1453. V. Ætatis 468. Desolationis LXX. 45. Nabonassari 184. à die 11. Ianuarij, feria 5.

CXCI. *Romæ annus*, A. C. 563. Olymp. LIV. 2. Iphitæus 214. Seruij Tullij Rom. R. 15. Euilmerodachi Babylon. Regis 20. Astyagis Medorum Regis 32. Alyattis Lydorum Regis 54. Europi Macedonum Regis 36.

Per. Iul. 4151. Indict. 11. Lunæ 9. Solis 7. Lit. Dom. F. Mundi 3491. Græcorum 4946. Iudaïci computi 3199. Abraami ex Eusebio 1454. V. Ætatis 469. Desolationis LXX. 46. Nabonassari 185. à die 11. Ianuarij, feria 6.

CXCII. *Romæ annus*, A. C. 562. Olympiadis LIV. 3. Iphitæus 215. Archonte Athenis Hippoclide, Seruij Tullij Rom. R. 16. Euilmerodachi R. Babyl. 21. Astyagis Medorum R. 33. Alyattis Lydorum Regis 55. Europi Macedonum Regis 37.

Per. Iul. 4152. Ind. 12. Lunæ 10. Solis 8. Lit. Dom. E. Mundi 3492. Græcorum 4947. Iudaïci computi 3200. Abraami ex Eusebio 1455. V. Ætatis 470. Desolationis LXX. 47. Nabonassari 186. à die 11. Ianuarij sabbato.

CXCIII. *Romæ annus*, A. C. 561. Olympiadis LIV. 4. Iphitæus 216. Seruij Tullij Rom. R. 17. Euilmerodachi R. Babyl. 22. Astyagis Medorum R. 34. Alyattis Lydorum R. 56. Europi Macedonum Regis 38.

Per. Iul. 4153. Ind. 13. Lunæ 11. Solis 9. Lit. Dom. DC. Mundi 3493. Græcorum 4948. Iudaïci computi 3201. Abraami ex Eusebio 1456. V. Ætatis 471. Desolationis LXX. 48. Nabonassari 187. à die 11. Ianuarij Dominicâ.

CXCIV. *Romæ annus*, A.C. 560. Olymp. LV. 1. Iphitæus 217. victore stadij iterùm Hippostrato Crotoniatâ, Archonte verò Atheniensi Comiâ, Seruij Rom. R. 18. *Euilmerodach Babyloniorum Rex anno regni 23. mortuus est:* videndum an illè sit Herodoti Labinytus senior Cyaxaris Medi gener qui in gratiam vxoris decantatissimæ illius Nitocridis pensiles hortos extruxit. Daniel Propheta ob discerptum Draconem Belis missus in foueam Leonum illæsus egreditur. Appendix enim illa capitis XIII. *Et Rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius*, quæ ab Historiâ Susannæ prorsus aliena est, videtur esse titulus sequentis narrationis de Dracone interfecto: vnde hæc meritò referri debuerunt à nobis ad extrema tempora Euilmerodachi paullò antequam ei succederet BALTASSAR eius verè filius & Magni Nabuchodonosoris nepos, quem etiam NERIGLISSARVM ex profanis quibusdam scriptoribus vocare possumus. Certè Laborosoarchodus Berosi, & Megasthenis, non modo Ieremiæ cap. 27. & Danieli cap. 8. sed etiam innominato illi quem tanti facere solent Mathematici Canonis Auctori prorsus aduersatur, Astyagis Medorum R. 35. Alyattis Lydorum R. 57. Europi Maced. R. 39. Pisistratus Athenis tyrannidem primâ vice inuadit, & post vnum alterúmve annum eiicitur.

Per. Iul. 4154. Ind. 14. Lunæ 12. Solis 10. Lit. Dom. B. Mundi 3494. Græcorum 4949. Iudaici computi 3202. Abraami ex Eusebio 1457. V. Ætatis 472. Desolationis L X X. 49. Nabonass. 188. cuius *Thoth* cœpit die 10. Ianuarij, feria 2.

CXCV. *Romæ annus*, A. C. 559. Olymp. LV. 2. & Iphitæus 218. à diebus dumtaxat æstiuis vnde etiam cœpit Athenis Præfectura annua Hegestrati, Seruij Tullij Rom. R. 19. Baltassaris Babyloniorum Regis 2. *Astyages nonus atque vltimus Medorum Rex à Cyro ex Mandane filia nepote regno exuitur, cùm illud administrasset annos* 35. Primus verò CYRI Persarum Medorúmque Regis annus, Iromi Tyriorum Regis ex vero verborum Iosephi sensu decimus quartus, cœpisse creditur Olympiadis 55. primo nondum finito, puta circa veris initium, nisi fortè malis cum aliis iisque numero pluribus ad anni præcedentis exitum reuocare. *Alyattes Lydorum Rex hoc exeunte anno regni 57. obiisse creditur*, succedente filio CROESO, cuius annos 14. ab anno sequenti satius est exordiri, Europi Maced. Regis 40. *Quo ferè tempore obiit Solon annos natus* 80.

Per. Iul. 4155. Ind. 15. Lunæ 13. Solis 11. Lit. Dom. A. Mundi 3495. Græcorum 4950. Iudaïci computi 3203. Abraami ex Eusebio 1458. V. Ætatis 473. Desolationis L X X. 50. Nabonassari 189. à die 10. Ianuarij, feria 3.

CXCVI. *Romæ annus*, A. C. 558. Olymp. LV. 3. Iphitæus 219. Seruij Tullij Rom. R. 20. Baltassaris Babylon. R. 3. Cyri primi Persarum Regis 2. Crœsi vltimi Lydorum Regis primus, Europi Macedonum Regis 41.

Per. Iul. 4156. Indict. 1. Lunæ 14. Solis 12. Lit. Dom. G. Mundi 3496. Græcorum 4951. Iudaïci computi 3204. Abraami ex Eusebio 1459. V. Ætatis 474. Desolationis L X X. 51. Nabonassari 190. à die 10. Ianuarij, feria 4.

CXCVII. *Romæ annus*, A. C. 557. Olympiadis LV. 4. Iphitæus 220. Seruij Tullij Rom. R. 21. Baltassaris Babyl. R. 4. Cyri Persarum R. 3. Crœsi Lydorum Regis 2. Europi Macedonum Regis 42.

Per. Iul. 4157. Indict. 2. Lunæ 15. Solis 13. Lit. Dom. F E. Mundi 3497. Græcorum 4952. Iudaïci computi 3205. Abraami ex Eusebio 1460. V. Ætatis 475. Desolationis L X X. 52. Nabonass. 191. à die 10. Ianuarij, feria 5.

CXCVIII. *Romæ annus*, A. C. 556. Olympiadis LVI. 1. Iphitæus 221. victore stadij Phœdro ex Pharsaliâ, Archonte verò Euthydemo Athenis, vnde ab Alcmæonidis expulsus est Pisistratus, qui anno superiore à subornata in Mineruæ speciem Phye deductus in arcem tyrannidem iteratò inuaserat, Seruij Tullij Rom. R. 22. *Balthassar Euilmerodachi filius magnique Nabuchodonosoris nepos anno regni quarto mediis in epulis*

manum ad parietem scribentem videt, eadémque nocte suorum conspiratione occiditur. Huic in regno successit electus à coniuratis DARIVS genere MEDVS, quem profani Scriptores NABONNIDVM seu Labynetum vocant, imperauítque annis 17. vel 18. ex Seuero Sulpitio, Iosepho, Beroso, Megasthene, Canonis Mathematici auctore, ac nonnullis recentioribus, Cyri primi Persarum Regis 4. Crœsi vltimi Lydorum Regis 3. Europi Macedonum Regis 43. *Stesichonis obiit.*

Per. Iul. 4158. Ind. 3. Lunæ 16. Solis 14. Lit. Dom. D. Mundi 3498. Græcorum 4953. Iudaïci computi 3206. Abraami ex Eusebio 1461. V. Ætatis 476. Desolationis LXX. 53. Nabonassari 192. cuius *Thoth* cœpit die 9. Ianuarij mensis, feria 6.


CXCIX. *Romæ annus*, A. C. 555. Olymp. LVI. 2. Iphitæus 222. Seruij Tullij Rom. Regis 23. Darij Med. Babylon. Regis 2. Cyri Persarum Regis 5. Crœsi Lydorum Regis 4. *Europis Maced. Rex obiit, anno regni* 43. successit ALCETAS annis 28.

Per. Iul. 4159. Ind. 4. Lunæ 17. Solis 15. Lit. Dom. C. Mundi 3499. Græcorum 4954. Iudaïci computi 3207. Abraami ex Eusebio 1462. V. Ætatis 477. Desolationis LXX. 54. Nabonassari 193. à die 9. Ianuarij sabbato.


CC. *Romæ annus*, A. C. 554. Olympiadis LVI. 3. Iphitæus 223. Seruij Tullij Rom. R. 24. Darij Medi Babyloniorum R. 3. Cyri Persarum R. 6. Crœsi Lydorum R. 5. Alcetæ Macedonum Regis 2.

Per. Iul. 4160. Indict. 5. Lunæ 18. Solis 16. Lit. Dom. B. Mundi 3500. Græcorum 4955. Iudaïci computi 3208. Abraami ex Eusebio 1463. V. Ætatis 478. Desolationis LXX. 55. Nabonassari 194. à die 9. Ianuarij Dominica.





ÆRÆ ROMANÆ
TERTIVM SÆCVLVM,
A TARQVINIO SVPERBO REGE NOMINATVM.
Mundanæ Æræ Sæculum XXXVI.



VCENTESIMVS PRIMVS *Romæ annus*, Ante Christi vulgarem æram 533. Olympiadis LVI. 4. adeóque Iphitæus siue Olympiadicus 224. à diebus scilicet æstiuis, Seruij Tullij Regis Romanorum 25. Darij Med. seu Nabonnidi Babyloniorum Regis 4. Cyri primi Persarum Regis 7. Crœsi vltimi Lydorum Regis 6. Alcetæ Macedonum Regis 43. *Iromus iunior Tyriorum Rex cùm 20. annos regnasset obiit, ex Phœnicum Annalibus apud Iosephum.*

Idem ille annus fuit *Periodi Iulianæ* 4161. Indictione 6. cyclo Lunæ siue Aureo numero 19. cyclo Solis 17. Literis Dominicalibus A G. Mundi conditi ex nostra supputatione 3501. ex Eusebiana 4649. Græcorum recentiorum siue Periodi Constantinopolitanæ 4956. currens iam à mense Septembri anni superioris, Iudaici computi 3209. similiter ab Autumno præcedenti inchoatus, Diluuij siue II. Ætatis 1845. Abraami hoc est III. Ætatis 1463. eiusdem verò Abraami ex Eusebij calculis 1464. Exodi siue IV. Ætatis 958. ab euersa Troia 631. Templi à Salomone conditi siue V. Mundi Ætatis 479. Desolationis LXX. siue Captiuitatis Iudæorum à Ieremiâ prædictæ 56. Nabonassari denique Babyloniorum Regis Æræ apud Astronomos celeberrimæ 195. cuius *Thoth* siue primus mensis cœpit die 9. Ianuarij, feria 2.

CCII. *Romæ annus*, A. C. 552. Olymp. LVII. 1. Iphitæus 225. victore stadij Ladromo, Seruij Tullij Rom. R. 26. Darij Medi Babyl. Regis 5. Cyri Persarum Regis 7. Crœsi Lydorum Regis 6. Alcetæ Macedonum Regis 4. *Phalaris Agrigentinorum in Sicilia tyrannus periit anno regni 16.* & Camarina à Syracusanis euersa.

Per. Iul. 4162. Indict. 7. Lunæ 1. Solis 18. Lit. Dom. F. Mundi 3502. Græcorum 4957. Iud. computi 3210. Abraami ex Eusebio 1465. V. Ætatis 480. Desolationis LXX. 57. Nabonassari 196. à die 8. Ianuarij, feria 3.

CCIII. *Romæ annus*, A. C. 551. Olymp. LVII. 2. Iphitæus 226. Seruij Tullij Rom. R. 27. Darij Medi Babyl. Regis 6. Cyri Persarum Regis 8. Crœsi Lydorum R. 7. Alcetæ Macedonum Regis 5.

Per. Iul. 4163. Ind. 8. Lunæ 2. Solis 19. Lit. Dom. E. Mundi 3503. Græcorum 4958. Iudaïci computi 3211. Abraami ex Eusebio 1466. V. Ætatis 481. Desolationis LXX. 58. Nabonassari 197. à die 8. Ianuarij, feria 4.

CCIV. *Romæ annus*, A. C. 550. Olymp. LVII. 3. Iphitæus 227. Seruij Tullij Rom. Regis 28. Darij Medi Babylon. R. 7. Cyri Persarum Regis 9. Crœsi Lydorum R. 8. Alcetæ Macedonum Regis 6.

Per. Iul. 4164. Indict. 9. Lunæ 3. Solis 20. Lit. Dom. D. Mundi 3504. Græcorum 4959. Iudaici computi 3212. Abraami ex Eusebio 1467. V. Ætatis 482. Desolationis LXX. 59. Nabonassari 198. à die 8. Ianuarij, feriâ 5.

CCV. *Romæ annus*, A. C. 549. Olymp. LVII. 4. Iphitæus 228. Seruij Tullij Rom. Regis 29. Darij Medi Babylon. Regis 8. Cyri Persarum Regis 10. Crœsi Lydorum Regis 9. *cuius filius Atys inter venandum ab imprudente Harpalo interemptus est*, Alcetæ Macedonum Regis 7.

Per. Iul. 4165. Ind. 10. Lunæ 4. Solis 21. Lit. Dom. CB. Mundi 3505. Græcorum 4960. Iudaici computi 3213. Abraami ex Eusebio 1468. V. Ætatis 483. Desolationis LXX. 60. Nabonassari 199. à die 8. Ianuarij, feria 6.

CCVI. *Romæ annus*, A. C. 548. Olympiadis LVIII. 1. Iphitæus 229. victore stadij Diogeneto Crotoniatâ, Archonte verò Athenis Erxiclide, Seruij Tullij Rom. R. 30. Darij Medi Babyl. R. 9. Cyri Persarum Regis 11. Crœsi Lydorum Regis 10. Alcetæ Macedonum Regis 8. *Plinius libro 2. Naturalis Historiæ cap. 8. memoriæ prodidit Cleostratum Tenedium Mathematicum signa in Zodiaco Arietis, & Sagittarij monstrasse. Eundem verò primum omnium Hœdos inter sidera ostendisse testis est Hyginus Libro II. Astron. Poët. capite de Heniocho.*

Per. Iul.

Per. Iul. 4166. Ind. 11. Lunæ 5. Solis 22. Lit. Dom. A. Mundi 3506. Græcorum 4961. Iudaici computi 3214. Abraami ex Eusebio 1469. V. Ætatis 484. Desolationis LXX. 61. Nabonassari 200. cuius *Thoth* cœpit die 7. Ianuarij, sabbato.

CCVII. *Romæ annus*, A. C. 547. Olympiadis LVIII. 2. Iphitæus 230. Seruij Tullij Rom. Regis 31. Darij Medi Babyloniorum Regis 10. Cyri Persarum R. 12. Crœsi Lydorum R. 11. Alcetæ Macedonum Regis 9.

Per. Iul. 4167. Ind. 12. Lunæ 6. Solis 23. Lit. Dom. G. Mundi 3507. Græcorum 4962. Iudaïci computi 3215. Abraami ex Eusebio 1470. V. Ætatis 485. Desolationis LXX. 62. Nabonassari 201. à die 7. Ianuarij Dominica.

CCVIII. *Romæ annus*, A. C. 546. Olympiadis LVIII. 3. Iphitæus 231. Seruij Tullij Rom. Regis 32. Darij Medi Babylon. R. 11. Cyri Persarum R. 13. Crœsi Lydorum Regis 12. Alcetæ Macedonum Regis 10. *Obiit Thales Milesius ætatis 95.* cùm paullò ante vsus eius operâ Crœsus Halym Cappadociæ fluuium absque vllo ponte cum exercitu traiecisset.

Per. Iul. 4168. Indict. 13. Lunæ 7. Solis 24. Lit. Dom. F. Mundi 3508. Græcorum 4963. Iudaici computi 3216. Abraami ex Eusebio 1471. V. Ætatis 486. Desolationis LXX. 63. Nabonass. 202. à die 7. Ianuarij, feria 2.

CCIX. *Romæ annus*, A. C. 545. Olympiadis LVIII. 4. Iphitæus 232. Seruij Tullij Rom. Regis 33. Darij Medi Babyl. R. 12. Cyri Persarum R. 14. Crœsi Lydorum Regis 13. Alcetæ Macedonum Regis 11.

Per. Iul. 4169. Ind. 14. Lunæ 8. Solis 25. Lit. Dom. E D. Mundi 3509. Græcorum 4964. Iudaïci computi 3217. Abraami ex Eusebio 1472. V. Ætatis 487. Desolationis LXX. 64. Nabonassari 203. à die 7. Ianuarij, feria 3.

CCX. *Romæ annus*, A. C. 544. Olymp. LIX. 1. Iphitæus 233. victore stadij Archilocho Corcyræo, Seruij Tullij Rom. R. 34. Darij Medi Babyloniorum Regis 13. Cyri Persarum Regis 15. *Crœsus Alyattis filius Lydorum Rex vltimus acie victus à Cyro Sardibúsque captis regno exuitur, cùm præfuisset an.* 14. Alcetæ Macedonum Regis 12. *Anaximenes Philosophus hoc ferè tempore obiit.*

Per. Iul. 4170. Indict. 15. Lunæ 9. Solis 26. Lit. Dom. C. Mundi 3510. Græcorum 4965. Iudaïci computi 3218. Abraami ex Eusebio 1473. V. Ætatis 488. Desolationis LXX. 65. Nabonassari 204. à die 6. Ianuarij, feria 4.

CCXI. *Romæ annus*, A. C. 543. Olymp. LIX. 2. Iphitæus 234. Seruij Tullij Rom. R. 35. Darij Medi Babyl. R. 14. Cyri Persarum R. 16. Alcetæ Macedonum Regis 13.

Per. Iul. 4171. Indict. 1. Lunæ 10. Solis 27. Lit. Dom. B. Mundi 3511. Græcorum 4966. Iudaïci computi 3219. Abraami ex Eusebio 1474. V. Ætatis 489. Desolationis LXX. 66. Nabonassari 205. à die 6. Ianuarij, feria 5.

CCXII. *Romæ annus*, A. C. 542. Olympiadis LIX. 3. Iphitæus 235. Seruij Tullij Rom. R. 36. Darij Medi Babyl. Regis 15. Cyri Persarum R. 17. Alcetæ Macedonum Regis 14.

Per. Iul. 4172. Ind. 2. Lunæ 11. Solis 28. Lit. Dom. A. Mundi 3512. Græcorum 4967. Iudaici computi 3220. Abraami ex Eusebio 1475. V. Ætatis 490. Desolationis LXX. 67. Nabonassari 206. à die 6. Ianuarij, feria 6.

CCXIII. *Romæ annus*, A. C. 541. Olympiadis LIX. 4. Iphitæus 236. Seruij Tullij Rom. R. 37. Darij Medi Babyl. Regis 16. Cyri Persarum Regis 18. Alcetæ Maced. Regis 15.

Per. Iul 4173. Indict. 3. Lunæ 12. Solis 1. Lit. Dom. G F. Mundi 3513. Græcorum 4968. Iudaici computi 3221. Abraami ex Eusebio 1476. V. Ætatis 491. Desolationis LXX. 68. Nabonassari 207. à die 6. Ianuarij sabbato.

CCXIV. *Romæ annus*, A. C. 540. Olymp. LX. 1. Iphitæus 237. victore stadij Apellæo Elidensi, Seruij Tullij Rom. R. 38. Darij Medi Babyl. R. 17. Cyri Persarum R. 19. qui aduersus Babylonios commoto exercitu Gyndem fluuium in 360. alueos dissecuit, & Babylonem obsidione cinxit, Alcetæ Macedonum Regis 16.

Per. Iul. 4174. Ind. 4. Lunæ 13. Solis 2. Lit. Dom. E. Mundi 3514. Græcorum 4969. Iudaici computi 3222. Abraami ex Eusebio 1477. V. Ætatis 492. Desolationis LXX. 69. Nabonassari 208. à die 5. Ianuarij Dominicâ.

CCXV. *Romæ annus*, A. C. 539. Olymp. LX. 2. Iphitæus 238. Seruij Tullij Rom. R. 39. Darij Medi Babyl. R. 18. Cyrus anno regni 20. Babylonem per Euphratis vada occupat, *& Darium Medum*, si is est Labynitus eius nominis secundus Herodoto memoratus, *strenuè pugnantem occidit*; vel si potior Beroso fides, in potestatem redactum Caramaniâ donauit iam pænè octogenarium, Alcetæ Macedonum R. 17. Massilia aucta plurimùm est nouâ Phocæorum coloniâ Persici dominatus tædio & Harpali constituti à Cyro Præfecti sæuitiâ ex Asiâ egressorum.

Per. Iul. 4175. Ind. 5. Lunæ 14. Solis 3. Lit. Dom. D. Mundi 3515. Græcorum 4970 Iudaici computi 3223. Abraami ex Eusebio 1478. V. Ætatis 493. Desolationis LXX. septuagesimo & vltimo, Transmigrationis Iechoniæ octogesimo, Nabonassari 209. à die 5. Ianuarij, feria 2.

SEXTA MVNDI ÆTAS
ANNORVM DXXXVIII.

Ab Imperio Cyri Persarum & Babyloniorum Monarchæ, siue à solutâ Captiuitate Iudæorum,

Ad Christi vulgarem Æram.

CCXVI. *Romæ annus*, A. C. 538. Olymp. LX. 3. Iphitæus 239. Seruij Tullij Rom. Regis 40. Persarum Monarchia ab hoc anno cœpit initium, quo Cyrus expugnata Babylone, & redacto in ordinem, vel occiso Dario Medo, anno regni Persici 21. toti penè Asiæ solus imperare cœpit ad annos octo. Idem illicò Iudæis reditum in patriam edicto concessit, Templúmque & vrbem Hierosolymorum instaurari iussit. Dux Iudæorum fuit Zorobabel, filius Salathiel, Iechoniæ nepos, summus verò Pontifex Iosue siue Iesus filius Iosedec, qui se ad iacienda Templi fundamenta illicò accinxerunt. Daniel vix vltra hunc annum superfuisse creditur cap. 6. num. vltimo. *Porrò Daniel perseuerauit vsque ad regnum Darij regnúmque Cyri Persæ*, & cap. 1. n. pariter vltimo: *Fuit autem Daniel vsque ad annum primum Cyri Regis.*

Periodi Iulianæ 4176. Indict. 6. Lunæ 15. Solis 4. Lit. Dom C. Mundi 3516. Græcorum 4971. Iudaici computi 3224. Diluuij seu II. Ætatis 1860. Abraami seu III. Ætatis 1478. eiusdem Abraami ex Eusebij calculis 1479. Exodi siue IV. Ætatis 973. Templi seu V. Ætatis 494. Desolationis seu Captiuitatis LXX. finis, reuersis in patriam magna cum animi alacritate Iudæis, Nabonassari Babyloniorum Regis 210. à die 5. Ianuarij, feria 3.

CCXVII. *Romæ annus*, A. C. 537. Olympiadis LX. 4. Iphitæus 240. Seruij Tullij Rom. R. 41. Cyri Persarum regis 22. Imperij Babylonici 2. Alcetæ Maced. Regis 19.

Per. Iul. 4177. Ind. 7. Lunæ 16. Solis 5. Lit. Dom. BA. Mundi 3517. Græcorum 4972. Iudaici computi 3225. Abraami ex Eusebio 1480. VI. Ætatis 2. Nabonassari 211. à die 5. Ianuarij, feria 4.

CCXVIII. *Romæ annus*, A. C. 536. Olympiadis LXI. 1. Iphitæus 241. victore stadij Agatharcho Corcyræo, Seruij Tullij Rom. Regis 42. Cyri Persici regni 23. Imperij Babylonici 3. Alcetæ Macedonum Regis 20.

Per. Iul. 4178. Ind. 8. Lunæ 17. Solis 6. Lit. Dom. G. Mundi 3518. Græcorum 4973. Iudaici computi 3226. Abraami ex Eusebio 1481. VI. Ætatis 3. Nabonassari 212. cuius *Thoth* cœpit die 4. Ianuarij, feria 5.

CCXIX. *Romæ annus*, A.C. 535. Olymp. LXI. 2. Iphitæus 242. Seruij Tullij Rom. R. 43. Cyri Persici regni 24. Imperij Babylonici 4. Alcetæ Macedonum Regis 21.

Per. Iul. 4179. Indict. 9. Lunæ 18. Solis 7. Lit. Dom F. Mundi 3519. Græcorum 4974. Iudaici computi 3227. Abraami ex Eusebio 1482. VI. Ætatis 4. Nabonassari 213. à die 4. Ianuarij, feria 6.

CCXX. *Romæ annus*, A. C. 534. Olymp. LXI. 3. Iphitæus 243. Seruij Tullij Romanorum Regis 44. Cyri Persarum Regis 25. Babyloniorum Monarchæ 5. Alcetæ Macedonum Regis 22.

Per. Iul. 4180. Ind. 10. Lunæ 19. Solis 8. Lit. Dom. E. Mundi 3520. Græcorum 4975. Iudaïci computi 3228. Abraami ex Eusebio 1483. VI. Ætatis 5. Nabonassari 214. à die 4. Ianuarij sabbato.

CCXXI. *Romæ annus*, A.C. 533. Olymp. LXI. 4. Iphitæus 244. *Seruius Tullius sextus à Romulo Romanorum Rex execrando paricidio cæditur anno regni* 44. Archonte Athenis Heraclide, succedit gener eius TARQVINIVS SVPERBVS Prisci vel filius, vel potiùs nepos ad annos 24. integros, Cyri Persarum Regis 26. Babylon. Monarchæ 6. Alcetæ Macedonum Regis 23.

Per. Iul. 4181. Ind. 11. Lunæ 1. Solis 9. Lit. Dom. DC. Mundi 3521. Græcorum 4976. Iudaïci computi 3229. Abraami ex Eusebio 1484. VI. Ætatis 6. Nabonass. 215. à die 4. Ianuarij Dominica.

CCXXII. *Romæ annus*, A. C. 532. Olympiadis LXII. 1. Iphitæus 245. victore stadij Eryxida Chalcidensi, Tarquinij Superbi Rom. Regis 2. Cyri Persarum Regis 27. Babyloniorum Monarchæ 7. Alcetæ Macedonum Regis 24.

Per. Iul. 4182. Ind. 12. Lunæ 2. Solis 10. Lit. Dom. B. Mundi 3522. Græcorum 4977. Iudaïci computi 3230. Abraami ex Eusebio 1485. VI. Ætatis 7. Nabonass. 216. à die 3. Ianuarij, feria 2.

CCXXIII. *Romæ annus*, A. C. 531. Olymp. LXII. 2. Iphitæus 246. Tarquinij Superbi Rom. R. 3. Cyri Persarum Regis 28. Babylon. Monarchæ 8. Alcetæ Maced. R. 25.

Per. Iul. 4183 Indict. 13. Lunæ 3. Solis 11. Lit. Dom. A. Mundi 3523. Græcorum 4978. Iudaïci computi 3231. Abraami ex Eusebio 1486. VI. Ætatis 8. Nabobonassari 217. à die 3. Ianuarij, feria 3.

CCXXIV. *Romæ annus*, A. C. 530. Olymp. LXII. 3. Iphitæus 247. Tarquinij Superbi Rom. Regis 4. Cyri Persarum R. 29. Babyl. Monarchæ 9. Alcetæ Maced. Regis 26.

Per. Iul. 4184. Ind. 14. Lunæ 4. Solis 12. Lit. Dom. G. Mundi 3524. Græcorum 4979. Iudaïci computi 3232. Abraami ex Eusebio 1487. VI. Ætatis 9. Nabonassari 218. à die 3. Ianuarij, feria 4.

CCXXV. *Romæ annus*, A. C. 529. Olymp. LXII. 4. Iphitæus 248. Tarquinij Superbi Rom. R. 5. *Cyrus, Cambysis Persæ & Mardanes filius, primus Persarum Rex, regni anno 30. labente & Babylonici Imperij seu Monarchiæ 9. à Tomyri Massagetarum Reginâ, cuius filium Spargapisum dolo necauerat, interfectus est, eiúsque resectum caput in vtrem sanguine plenum immersum, hoc addito:* Satia te sanguine cuius insatiabilis semper fuisti. Successit filius eius natu maior CAMBYSES ad annos septem, & menses quinque, quem Esdras vocat modò Assuerum, modò Artaxerxem, vt quidam volunt, licèt probabilius videatur Artaxerxem illum esse Smerdim Magum ab Assuero diuersum, Alcetæ Macedonum Regis 27.

DCV. *Romæ annus*, A. C. 149. *Coss. L. Marcio Censorino, & M. Manlio Nepote*, qui transmisso in Africam exercitu Carthaginem oppugnare cœperunt, Belli III. Punici 1. Olympiadis CLVII. 4. Iphitæus 628. Ptolemæi Philometoris Ægypti Regis 33. Alexandri Balæ Syriæ Regis 5. vel 3.

Per. Iul. 4565. Indict. 5. Lunæ 5. Solis 1. Lit. Dom. G F. Mundi 3905. Græcorum 5360. Iudaici computi 3613. Abraami ex Eusebio 1868. VI. Ætatis 390. Nabonass. 600. & Philippi 176. quorum *Thoth* cœpit die 29. Septembris Dominica, Seleucid. 164. Per. III. Calipp. 30.

DCVI. *Romæ annus*, A.C. 148. *Coss. Sp. Postumio Albino, & L. Calpurnio Pisone*, Olymp. CLVIII. 1. Iphitæus 629. victore stadij Orthone Syracusano, Ptolemæi Philometoris Ægypti Regis 34. Alexandri Balæ Syriæ Regis 6. vel 4. *Masanissa moritur anno ætatis* 100. *regni fermè* 60. *Belli III. Punici* 2. Successerunt Gulussa aliíque eius filij, regno inter eos à Scipione Æmiliano diuiso. Andriscus, qui se Philippum Persei Macedonum Regis filium mentiebatur, à Q. Cæcilio Metello Prætore superatus est.

Per. Iul. 4566. Indict. 6. Lunæ 6. Solis 2. Lit. Dom. E. Mundi 3906. Græcorum 5361. Iudaïci computi 3614. Abraami ex Eusebio 1869. VI. Ætatis 391. Nabonassari 601. & Philippi 177. à die 29. Septembris, feria 2. Seleucid. 165. Per. III. Calipp. 31.

DCVII. *Romæ annus*, A.C. 147. *Coss. P. Cornelio Scipione Æmiliano, & C. Liuio Druso*, Belli III. Punici 3. Olympiadis CLVIII. 2. Iphitæus 630. Ptolemæi Philometoris Ægypti Regis 35. Alexandri Balæ Syriæ Regis 7. vel 5.

Per Iul 4567. Ind. 7. Lunæ 7. Solis 3. Lit. Dom. D. Mundi 3907. Græcorum 5362. Iudaïci computi 3615. Abraami ex Eusebio 1870. VI. Ætatis 392. Nabonassari 602. & Philippi 178. à die 29. Septembris, feria 3. Seleucidarum 166. Per. III. Calipp. 32. *quo labente Hipparchus obseruauit Æquinoctium Autumnale die 3. ἐπαγομένων sequente 4. media nocte anno Nabon. 601. exeunte, deficientibus diebus 2. & horis 12. ad anni complementum, siue Septembris Iuliani die 27. feria primâ ineunte.* Ex Ptolemæo libro 3. cap. 2.

DCVIII. *Romæ annus*, A.C. 146. *Coss. Cn. Cornelio Lentulo, & L. Mummio*, qui captâ incensâque Corintho bello aduersus Achæos finem imposuit, & Achaici cognomen retulit, Belli III. Punici 4. quo Proconsul Scipio dictus Iunior Africanus, Carthaginem Romæ æmulam funditus euertit, & de Pœnis victâque Africâ triumphauit, Olymp. CLVIII. 3. Iphitæus 631. *Alexander Bala, Prompalus alias dictus, creditus à multis Antiochi Epiphanis filius, fugatus à Syriâ in Arabiam, cùm regnasset annis quinque, à Zabdiele quodam necatus est*, Successit in Syriæ regno DEMETRIVS NICATOR Demetrij Soteris filius annis dumtaxat quinque. *Ptolemæus Philometor Ægypti Rex paucos tantummodo dies à nece Alexandri generi sui superfuit, mortuúsque est Antiochiæ anno regni 35. cùm Demetrio Nicatori Cleopatram filiam suam tradidisset.* Successit frater eius PTOLEMÆVS Euergetes seu PHYSCON annis 29.

Per. Iul. 4568. Indict. 8. Lunæ 8. Solis 4. Lit. Dom. C. Mundi 3908. Græcorum 5363. Iudaïci computi 3616. Abraami ex Eusebio 1871. VI. Ætatis 393. Nabonassari 603. & Philippi 179. à die 29. Septembris, feria 4. Seleucidarum 167.

Per. III. Calipp. 32. *annus nondum erat exactus cùm Hipparchus insignis Astronomus deprehendit Æquinoctium vernum die Mensis Mechir 27. matutino tempore hoc est die 24. Martij Iuliani ex Ptolemæo libro 3. qui etiam refert obseruatum ab eodem Æquinoctium Autumnale labente iam anno 33. eiusdem Reuolutionis Calippicæ anno Nabonassari exeunte 602. die quartâ ἐπαγομένων manè, quæ in Kalendario Iuliano diem Septembris 27. feriámque 2. designat.*

DCIX. *Romæ annus*, A. C. 145. *Coss. Q. Fabio Maximo Æmiliano, & L. Hostilio Mancino*, Olymp. CLVIII. 4. Iphitæus 632. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 2. Demetrij Nicatoris Syriæ Regis 2. quo fugato Antiochiam obtinet nomine ANTIOCHI ENTHEI Alexandri Balæ filij Diodotus seu Diodorus, dictus etiam TRYPHON.

Per. Iul. 4569. Ind. 9. Lunæ 9. Solis 5. Lit. Dom. B A. Mundi 3909. Græcorum 5364. Iudaïci computi 3617. Abraami ex Eusebio 1871. VI. Ætatis 394. Nabonassari 604. & Philippi 180. quorum *Thoth* cœpit die 28. Septembris, feria 5. Seleucid. 168. Per. III. Calipp. 34. ab æstate.

DCX. *Romæ annus*, A. C. 144. *Coss. Ser. Sulpitio Galba, & L. Aurelio Cotta*, Olympiadis CLIX. 1. Iphitæus 633. victore stadij Alcimo Cyziceno, Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 3. Demetrij Soteris Syriæ Regis 3. eiusque æmuli Antiochi Enthei 2. *cuius tutor Tryphon Ionatham Ptolemaide dolo circumuentum in Bascamâ interfecit.* Huic successit frater SIMON ad annos 9.

Per. Iul. 4570. Ind. 10. Lunæ 10. Solis 6. Lit. Dom. G. Mundi 3910. Græcorum 5365. Iudaïci computi 3618. Abraami ex Eusebio 1873. VI. Ætatis 395. Nabonassari 605. & Philippi 181. à die 28. Septembris, feria 6. Seleucidarum 169. Per. III. Calipp. 35.

DCXI. *Romæ annus*, A. C. 143. *Coss. Appio Claudio Pulchro, & Q. Cæcilio Metello Macedonico*, Olympiadis CLIX. 2. Iphitæus 634. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 4. Demetrij Nicatoris Syriæ Regis 4. Antiochi Enthei 3.

Per. Iul. 4571. Indict. 11. Lunæ 11. Solis 7. Lit. Dom. F. Mundi 3911. Græcorum 5366. Iudaïci computi 3619. Abraami ex Eusebio 1874. VI. Ætatis 396. Nabon. 606. & Philippi 182. à die 28. Sept. sabbato, Seleucid. 170. Per. III. Calipp. 36. *quo labente, vt testis est Ptolemæus libro 3. cap. secundo, notatum ab Hipparcho Æquinoctium Autumnale fuit die 4. ἐπαγομένων vespere, hoc est die 26. Septembris Iuliani, feria 5.* Ab eodem quoque die, in quem fermè incidebat initium anni Nabonassaræi 606. Caluisius contendit Hipparchum, cùm videret Calippicam Periodum minùs esse accuratam, inchoasse Periodum suam quam exactiùs ad Lunæ cursum conformauerat.

DCXII. *Romæ annus*, A. C. 142. *Coss. L. Cæcilio Metello, & Q. Fabio Maximo Seruiliano*, quo Pseudo-Perseus alter in Macedonia à Cn. Trebellio Scrofâ Quæstore oppressus est, Olymp. CLIX. 3. Iphitæus 635. Ptolemæi Physconis Ægy-

pti Regis 5. Demetrij Nicatoris Syriæ Regis 5. Antiochi Enthei 4.

Per. Iul. 4572. Indiꝯ. 12. Lunæ 12. Solis 8. Lit. Dom. E. Mundi 3912. Græcorum 5367. Iudaici computi 3620. Abraami ex Eusebio 1875. VI. Ætatis 397. Nabon. 607. & Philippi 183. à die 28. Septembris Dominica, Seleucidarum 171. Per. III. Calipp. 37. Ad hunc annum quidam reuocant Æram vt vocant Hasmoneam fixam in honorem Simonis Hyrcani ob iugum Gentium ab Israële eius opera sublatum ex Libri I. Machabæorum capp. 13. & 14. *Anno* 170. absoluto ab ineunte vere, & 171. inchoato, die 23. secundi mensis id est in Maio, *sublatum est iugum Gentium ab Israële, cœpitque populus Israëlis scribere in Syngraphis, & contractibus anno primo Simeonis Principis Summi Pontificis, & Imperatoris ac Ducis Iudæorum.* Deinde: *die* 18 *Elul anno* 172. *qui tertius est Simeonis Summi Pontificis:* Eadem quoque æra vsum volunt Iosephum Historicum, quamquam is ad mortem vsque Antigoni numeret non annos tantùm 105. sed annos 126. inchoatos scilicet ab encœniis Templi sub Iudâ Maccabæo factis anno 148. regni Græcorum 1. Macab. 4. num. 52.

DCXIII. *Romæ annus*, A. C. 141. *Coss. Cneo Seruilio Cæpione, & Q. Pompeio Rufo*, Olymp. CLIX. 4. Iphitæus 636. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 6. Demetrius Nicator captus perducitur ad Phraatem Parthorum Regem. Antiocho Entheo Alexandri Balæ filio decenni pupillo suo interfecto TRYPHON tyrannidem inuadit annis duobus cum aliquot mensibus.

Per. Iul 4573. Indiꝯ. 13. Lunæ 13. Solis 9. Lit. Dom. D C. Mundi 3913. Græcorum 5368. Iudaïci computi 3621. Abraami ex Eusebio 1876. VI. Ætatis 398. Nabonassari 608. & Philippi 184. quorum *Thoth* cœpit die 27. Septembris, feria 2. Seleucid. 172. Per. III. Calipp. 38. *Ptolemæus libro 6. capite* 5. *pag.* 142. *meminit Eclipseos Lunaris in Rhodo insula ab Hipparcho obseruatæ, quæ accidit anno Nabonass.* 607. *die* 2. *mensis Tybi, Calippicæ III. Periodi* 37. *horis duabus ante mediam noctem, hoc est die* 27. *mensis Ianuarij Iuliani, feria* 3. *horis* 10. *& totidem minutis à meridie Sole in* 5. *gradu Aquarij existente. De ea Caluisius, Petauius, pag.* 818. *Tomi I. Mulerius, Lansbergius, Ricciolus*, &c.

DCXIV. *Romæ annus*, A. C. 140. *Coss. Q. Seruilio Cæpione, & C. Lælio Sapiente*, Olymp. CLX. 1. Iphitæus 637. victore stadij Anodoco Cyziceno, Archonte verò Athenis Antitheo ex Pausaniâ in Achaia, qui victorem fuisse refert Diodorum Sicyonium, Ptolemæi Physconis Ægypti R. 7. ANTIOCHVS SIDETES Demetrij Soteris filius, & Nicatoris apud Parthos captiui frater venit in Syriam à Cleopatra Philometoris filia fratris sui vxore vocatus. *Viriathus in Hispaniâ dolo occiditur.*

Per. Iul. 4574. Indiꝯ. 14. Lunæ 14. Solis 10. Lit. Dom. B. Mundi 3914. Græcorum 5369. Iudaïci computi 3622. Abraami ex Eusebio 1877. VI. Ætatis 399. Nabonassari 609. & Philippi 185. à die 27. Septembris, feria 3. Seleucidarum 173. Per. III. Calipp. 39.

DCXV. *Romæ annus*, A. C. 139. *Coss. C. Calpurnio Pisone,*

& M. Popilio Lanate, Olymp. CLX. 2. Iphitæus 638. Ptolemæi Physconis Ægypti R. 8. Antiochus Sidetes Tryphone tyranno in Orthosiade interfecto regnare cœpit in Syriâ ad annos nouem.

Per. Iul. 4575. Indict. 15. Lunæ 15. Solis 11. Lit. Dom. A. Mundi 3015. Græcorum 5370. Iudaïci computi 3623. Abraami ex Eusebio 1878. VI. Ætatis 400. Nabonassari 610. & Philippi 186. à die 27. Septembris, feria 4. Seleucidarum 174. Per. III. Calipp. 40.

DCXVI. *Romæ annus*, A. C. 138. *Coss. P. Cornelio Scipione Nasicâ Serapione, & D. Iunio Bruto*, Olymp. CLX. 3. Iphitæus 630. Ptolemæi Physconis Ægypti R. 9. Antiochi Sidetæ Syriæ Regis 2. *cuius Dux Cendebæus à Ioanne Simonis filio profligatus est.* Post Attalum patruum Attalus iunior Eumenis filius factus est Rex Pergami ad annos quinque.

Per. Iul. 4576. Ind. 1. Lunæ 16. Solis 12. Lit. Dom. G. Mundi 3916. Græcorum 5371. Iudaici computi 3624. Abraami ex Eusebio 1879. VI. Ætatis 401. Nabonassari 611. & Philippi 187. à die 27. Septembris, feria 5. Seleucidarum 175. Per. III. Calipp. 41.

DCXVII. *Romæ annus*, A. C. 137. *Coss. M. Æmilio Lepido Porcinâ, & C. Hostilio Mancino*, Olymp. CLX. 4. Iphitæus 640. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 10. Antiochi Sidetæ Syriæ Regis 3.

Per. Iul. 4577. Ind. 2. Lunæ 17. Solis 13. Lit. Dom. FE. Mundi 3917. Græcorum 5372. Iudaici computi 3625. Abraami ex Eusebio 1880. VI. Ætatis 402. Nabon. 612. & Philippi 188. quorum *Thoth* cœpit die 26. Septembris, feria 6. Seleucid. 176. Per. III. Calipp. 42.

DCXVIII. *Romæ annus*, A. C. 136. *Coss. P. Furio Philo, & Sexto Atilio Serrano*, Olymp. CLXI. 1. Iphitæus 641. victore stadij Antipatro Epirotâ, Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 11. Antiochi Sidetæ Syriæ Regis 4. Mancinus vt indecoram pacem elueret Numantinis deditus est, sed ab iis minimè susceptus.

Per. Iul. 4578. Ind. 3. Lunæ 18. Solis 14. Lit. Dom. D. Mundi 3918. Græcorum 5373. Iudaici computi 3626. Abraami ex Eusebio 1881. VI. Ætatis 403. Nabonass. 613. & Philippi 189. à die 26. Septembris sabbato, Seleucidarum siue Æræ Contractum 177. qui fuit sabbaticus, Per. III. Calipp. 43.

DCXIX. *Romæ annus*, A. C. 135. *Coss. Ser. Fuluio Flacco, & Q. Calpurnio Pisone*, Olympiadis CLXI. 2. Iphitæus 642. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 12. Antiochi Sidetæ Syriæ Regis 5. *Simon Iudæ, & Ionathæ frater ac successor à Ptolemæo Abobi filio genero suo per insidias in conuiuio cum duobus filiis opprimitur, exeunte anno Græcorum seu Seleucid.* 177. *vndecimo mense Sa-*

bath seu Schebat dicto, successit filius Ioannes Hyrcanus ad annos 31. nec vltra hunc annum, (qui fuit Sabbaticus à superiore Autumno inchoatus, teste Iosepho lib. 13. Originum Iudaicarum cap. 15. & libro 1. de Bello cap. 2.) progreditur Sacra Bibliorum Veteris Testamenti Historia.

Per. Iul. 4579. Indict. 4. Lunæ 19. Solis 15. Lit. Dom C. Mundi 3919. Græcorum 5374. Iudaici computi 3627. Abraami ex Eusebio 1882. VI. Ætatis 404. Nabon. 614 & Philippi 190. à die 26. Septembris, Dominica, Seleucid. 178. Per. III. Calipp. 44. *quo nondum inchoato, & labente adhuc Nabonassareo 613. die 29. Mechir sequente 30. post mediam noctem deprehendit Hipparchus Æquinoctium vernum, hoc est die Martij Iuliani 24. ineunte feria quarta. Ex Ptolemæo libro 3. capite 2.*

DCXX. *Romæ annus*, A. C. 134. *Coss. P. Cornelio Scipione Africano II. & C. Fuluio Flacco*, Olymp. CLXI. 3. Iphitæus 643. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 13. Antiochi Sidetæ Syriæ Regis 6.

Per. Iul. 4580. Indict. 5. Lunæ 1. Solis 16. Lit. Dom. B. Mundi 3920. Græcorum 5375. Iudaïci computi 3628. Abraami ex Eusebio 1883. VI. Ætatis 405. Nabonassari 615. & Philippi 191. à die 26. Septembris, feria 2. Seleucid. 179. Per. III. Callipp. 45.

DCXXI. *Romæ annus*, A. C. 133. *Coss. P. Minucio Scæuola, & L. Calpurnio Pisone Frugi*, quo Scipio Minor Africanus Numantiam euertit, Olymp. CLXI. 4. Iphitæus 644. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 14. Antiochi Sidetæ Syriæ Regis 7. *Attalus Eumenis filius Pergami Rex moriens hæredem fecit S. P. Q. R. & Tiberius Gracchus Tribunus plebis auctore P. Cornelio Scipione Nasicâ interfectus est.*

Per. Iul. 4581. Indict. 6. Lunæ 2. Solis 17. Lit. Dom. A G. Mundi 3921. Græcorum 5376. Iudaïci computi 3619. Abraami ex Eusebio 1884. VI. Ætatis 406. Nabonassari 616. & Philippi 192. quorum *Thoth* cœpit die 25. Septembris, feria 3. Seleucid. 180. Per. III. Calipp. 46.

DCXXII. *Romæ annus*, A. C. 132. *Coss. C. Popilio Lænate, & P. Rupilio Nepote*, à quo confectum in Sicilia Bellum Seruile, Olympiadis CLXII. 1. Iphitæus 645. victore stadij Damone Delphico, & Archonte Athenis Heraclito, Ptolemæi Physconis Ægypti R. 15. Antiochi Sidetæ Syriæ Regis 8.

Per. Iul. 4582. Ind. 7. Lunæ 3. Solis 18. Lit. Dom. F. Mundi 3922. Græcorum 5377. Iudaici computi 3630. Abraami ex Eusebio 1885. VI Ætatis 407. Nabonassari 617. & Philippi 193. à die 25. Septembris, feria 4. Seleucidarum 181. Per. III. Calipp. 47.

DCXXIII. *Romæ annus*, A. C. 131. *Coss. P. Licinio Crasso Mutiano, qui ab Aristonico Attali spurio cæsus est, & L. Valerio*

Flacco, Olymp. CLXII. 2. Iphitæus 646. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 16. Antiochi Sidetæ Syriæ Regis 9.

Per. Iul. 4583. Indict. 8. Lunæ 4. Solis 19. Lit. Dom. E. Mundi 3923. Græcorum 5378. Iudaici computi 3631. Abraami ex Eusebio 1886. VI. Ætatis 408. Nabonassari 618. & Philippi 194. à die 25. Septembris, feria 5. Seleucidarum 182. Per. III. Calipp. 48.

DCXXIV. *Romæ annus*, A. C. 130. *Coss. Appio Claudio Lentulo, & M. Perpennâ*, qui victo Aristonico decessit Pergami ex morbo, Olymp. CLXII. 3. Iphitæus 647. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 17. Antiochi Sidetæ Syriæ Regis 10.

Per. Iul. 4584. Indict. 9. Lunæ 5. Solis 20. Lit. Dom. D. Mundi 3924. Græcorum 5379. Iudaïci computi 3632 Abraami ex Eusebio 1887. VI. Ætatis 409. Nabonassari 619. & Philippi 195. à die 25. Septembris, feria 6. Seleucidarum 183. Per. III. Calipp. 49.

DCXXV. *Romæ annus*, A. C. 129. *Coss. Marcio Aquilio, & C. Sempronio Tuditano*, Olympiadis CLXII. 4. Iphitæus 648. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 18. qui seditione ciuium in Cyprum insulam fugere coactus, suum ex Cleopatra vxore filium interfecit, *Antiochus Sidetes decimus quartus Syriæ Rex susceptâ aduersus Phraatem Parthorum Regem expeditione post aliquot victorias interfectus est, cùm nouem annos regnasset.* Eius frater Demetrius Nicator, cui Phraates filiam Rhodogunem copularat, reuersus in Syriam permissu soceri regnare iterùm ad quatuor annos incipit. *Scipio iunior Africanus in lecto repertus est mortuus.*

Per. Iul. 4585. Indict. 10. Lunæ 6. Solis 21. Lit. Dom. CB. Mundi 3925. Græcorum 5380. Iudaïci computi 3633. Abraami ex Eusebio 1888. VI. Ætatis 410. Nabonass. 620. & Philippi 196. quorum *Thoth* cœpit die 24. Septemb. sabbato, Seleucid. 184. Per. III. Calipp. 50. *Hoc anno Carneadem mortuum scribit Caluisius, & Eclipsim Lunæ accidisse die 5. Nouembris, feria 7. hora post mediam noctem 2. Athenis.*

DCXXVI. *Romæ annus*, A. C. 128. *Coss. Cn. Octauio, & T. Annio Lusco*, qui aliis Rufus dicitur, Olymp. CLXIII. 1. Iphitæus 649. victore stadij Timotheo Tralliano, Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 19. Demetrij Nicatoris in Syriâ iterùm regnantis 2.

Per. Iul. 4586. Indict. 11. Lunæ 7. Solis 22. Lit. Dom. A. Mundi 3926. Græcorum 5381. Iudaïci computi 3634. Abraami ex Eusebio 1889. VI. Ætatis 411. Nabonassari 621. & Philippi 197. à die 24. Septembris Dominica, Seleucidarum 185. Per. III. Calipp. 51. *Eclipsim Lunæ, quæ sub obitum Carneadis contigisse labente anno 4. Olymp. 162. dicitur ab Apollodoro apud Diogenem Laërtium, refert Petauius in Chronico ad diem 2. mensis Maij, feria 2. hora 5. & 46. minutis Athenis.*

Verum

Verum re posteà accuratiùs examinatâ recedit ab ea sententiâ in suis ad Iulianum Apostatum Miscellaneis Exercitationibus quas consule. *Hipparchus labente anno 50. Calippicæ III. Periodi, & Nabonassarao 620. die primâ mensis Phamenoth sub occasum siue die 23. Martij Iuliani, feriâ 5. deprehendit Æquinoctium vernum. Idem in Rhodo insula obseruauit ope instrumenti locum Solis die 16. mensis Epiphi seu die 5. Augusti Iuliani minutis 40. post Solis ortum, cùm præteriissent ab initio Æræ Nabonassaris anni 619. dies 314. hora 17. & minuta 50. & visus est Sol in gradu 8. & minutis 35. Leonis, Luna verò in gradu 12. Tauri min. 2. Ex Ptolemæo libro 5. cap. 3.* μεγάλης συντάξεως. *Libro quoque 7. cap. 2. additur stellam quæ in corde Leonis est obseruatam distare à puncto Solstitij æstiui grad. 29. & minut. 50.*

DCXXVII. *Romæ annus*, A. C. 127. *Coss. L. Cassio Longino, & L. Cornelio Cinnâ*, Olymp. CLXIII. 2. Iphitæus 650. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 20. Demetrij Nicatoris iterùm in Syria regnantis 3.

Per. Iul. 4587. Indict. 12. Lunæ 8. Solis 23. Lit. Dom. G. Mundi 3927. Græcorum 5381. Iudaïci computi 3635. Abraami ex Eusebio 1890. VI. Ætatis 412. Nabonassari 622. & Philippi 198. à die 24 Septembris, feriâ 2. Seleucid. 186. Per. III. Calipp. 52. *Ptolemæus libro 5. cap. 5. testatur ab Hipparcho ope instrumenti deprehensum fuisse Solem in gradu 7. & min. 35. Tauri, labente anno Philippi 197. die 11. mensis Pharmuthi integrâ ferè hora post ortum Solis, hoc est die 2. Maij Iuliani, Lunam verò visam in gradu 21. min. 40. Piscium. Eodémque anno die 17. Payni mensis, siue Iulij die 7. horis quatuor post meridiem, locum Solis annotatum fuisse in gradu 10. & minutis 54. Cancri, Lunæ autem in grad. 21. min. 40. Piscium. Atque hæc postrema habetur Hipparchi obseruatio.*

DCXXVIII. *Romæ annus*, A. C. 126. *Coss. M. Æmilio Lepido, & L. Aurelio Oreste*, Olymp. CLXIII. 3. Iphitæus 651. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 21. Demetrij Nicatoris iterùm in Syria regnantis 4.

Per. Iul. 4588. Ind. 13. Lunæ 9. Solis 24. Lit. Dom. F. Mundi 3928. Græcorum 5383. Iudaïci computi 3636. Abraami ex Eusebio 1891. VI. Ætatis 413. Nabonassari 623. & Philippi 199. à die 24. Septembris, feriâ 3. Seleucidarum 187. Per. III. Calipp. 53. Tyriorum anni, de quibus Euseb. in Chron. & alij, ab hoc anno incipiunt.

DCXXIX. *Romæ annus*, A. C. 125. *Coss. M. Plautio Hypsæo, & M. Fuluio Flacco*, Olympiadis CLXIII. 4. Iphitæus 652. ALEXANDER ZEBINA seu Zebennes, vt in numismatis dictus reperitur, à Ptolemæo Physcone Ægypti Rege submissus in Syriam Demetrium Nicatorem omnibus exosum vincit, quem paullò pòst Cleopatra vxor interemit.

Per. Iul. 4589. Ind. 14. Lunæ 10. Solis 25. Lit. Dom. E D. Mundi 3929. Græcorum 5384. Iudaici computi 3637. Abraami ex Eusebio 1892. VI. Ætatis 414. Nabon. 624. & Philippi 200. quorum *Thoth* cœpit die 23. Septembris, feria 4. Seleucid. 188. Per. III. Calipp. 54.

DCXXX. *Romæ annus*, A. C. 124. *Coss. C. Cassio Longino, & C. Sextio Caluino*, Olymp. CLXIV. 1. Iphitæus 653. victore stadij Boëtho Sicyonio, *Seleuco à Cleopatra matre, quod*

regnum Syriæ eius iniussu occupasset, de medio sublato, ANTIOCHVS GRYPVS eiusdem Cleopatræ ex Demetrio filius regnare cœpit ad an. 12. Hic Alexandrum Zebinam post alterum annum occidit, & Gryphinam Ptolemæi Physconis Ægypti Regis filiam duxit vxorem.

Per. Iul. 4590. Ind. 15. Lunæ 11. Solis 26. Lit. Dom. C. Mundi 3930. Græcorum 5385. Iudaïci computi 3638. Abraami ex Eusebio 1893. VI. Ætatis 415. Nabon. 625. & Philippi 201. à die 29. Sept. feria 5. Seleuc. 189. Per. III. Calipp. 55.

DCXXXI. *Romæ annus*, A. C. 123. *Coss. Q. Cæcilio Metello, & T. Quinctio Flaminio*, Olymp. CLXIV. 2. Iphitæus 654. Ptolemæi Physconis Æg. R. 24. Antiochi Grypi Syriæ R. 2.

Per. Iul. 4591. Indict. 1. Lunæ 12. Solis 27. Lit. Dom. B. Mundi 3931. Græcorum 5386. Iudaïci computi 3639. Abraami ex Eusebio 1894. VI. Ætatis 416. Nabon. 626. & Philippi 202. à die 25. Sept. feria 6. Seleuc. 190. Per. III. Calipp. 56.

DCXXXII. *Romæ annus*, A. C. 122. *Coss. Cn. Domitio Ahenobarbo, & C. Fannio Strabone*, Olymp. CLXIV. 3. Iphitæus 655. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 25. Antiochi Grypi Syriæ Regis 3.

Per. Iul. 4592. Ind. 2. Lunæ 13. Solis 28. Lit. Dom. A. Mundi 3932. Græcorum 5387. Iudaici computi 3640. Abraami ex Eusebio 1895. VI. Ætatis 417. Nabon. 627. & Philippi 203. à die 25. Sept. sabbato, Seleuc. 191. Per. III. Calipp. 57.

DCXXXIII. *Romæ annus*, A. C. 121. *Coss. Q. Fabio Maximo Æmiliano, & L. Opimio Nepote*, quorum hic C. Gracchum Tribunum plebis seditionis incentorem oppressit cum Fuluio Flacco viro Consulari, ille verò Bituitum Aruernorum Regem vicit ad fluuium Isaram, captúmque Romam duxit, Olymp. CLXIV. 4. Iphitæus 656. *Cleopatra Ptolemæi Philometoris filia, Alexandri Balæ, Demetrij Nicatoris, & Antiochi Sidetæ vxor, ab Antiocho Grypo filio coacta est bibere venenum quod ipsi propinauerat.*

Per. Iul. 4593. Ind. 3. Lunæ 14. Solis 1. Lit. Dom. G F. Mundi 3933. Græcorum 5388. Iudaici computi 3641. Abraami ex Eusebio 1896. VI. Ætatis 418. Nabonassari 628. & Philippi 204. quorum *Thoth* cœpit die 22. Septembris Dominicâ, Seleucid. 192. Per. III. Calipp. 58.

DCXXXIV. *Romæ annus*, A. C. 120. *Coss. P. Manlio, & C. Papyrio Carbone*, Olymp. CLXV. 1. Iphitæus 657. victore stadij Acusilao Cyrenæo, Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 27. Antiochi Grypi Syriæ Regis 5.

Per. Iul. 4594. Ind. 4. Lunæ 15. Solis 2. Lit. Dom. E. Mundi 3934. Græcorum 5389. Iudaici computi 3642. Abraami ex Eusebio 1897. VI. Ætatis 419. Nabon. 629. & Philippi 205. à die 22. Sept. feria 2. Seleuc. 193. Per. III. Calipp. 59.

DCXXXV. *Romæ annus*, A. C. 119. *Coss. L. Cæcilio Me-*

tello, & L. Aurelio Cottâ, Olymp. CLXV. 2. Iphitæus 658. Ptolemæi Physconis Ægypti R. 28. Antiochi Grypi Syriæ R. 6.

Per. Iul. 4595. Ind. 5. Lunæ 16. Solis 3. Lit. Dom. D. Mundi 3935. Græcorum 5390. Iudaïci computi 3643. Abraami ex Eusebio 1898. VI. Ætatis 420. Nabon. 630 & Philippi 206 à die 22. Sept. feria 3. Seleuc. 194. Per. III. Calipp. 60.

DCXXXVI. *Romæ annus*, A. C. 118. *Coss. M. Porcio Catone, & Q. Martio Rege*, Olymp. CLXV. 3. Iphitæus 659. Ptolemæi Physconis Ægypti Regis 29. Antiochi Grypi Syriæ Regis 7.

Per. Iul. 4596. Indict. 6. Lunæ 17. Solis 4. Lit. Dom. C. Mundi 3936. Græcorum 5391. Iudaïci computi 3644. Abraami ex Eusebio 1899. VI. Ætatis 421. Nabonassari 631. & Philippi 207. à die 22. Septembris, feria 4. Seleucidarum 195. Per. III. Calipp. 61.

DCXXXVII. *Romæ annus*, A. C. 117. *Coss. L. Cæcilio Metello Diademato, & Q. Mutio Scæuolâ Augure*, Olympiadis CLXV. 4. Iphitæus 660. *Ptolemæus Physcon, dictus etiam Euergetes seu potiùs Cacergetes, Ægypti Rex septimus obiit, anno regni 29.* Successit filius eius natu maior ex Cleopatra PTOLEMÆVS LATHVRVS, seu Lathyrus dictus, & à quibusdam sed rarius Soter, & Philometor. Hunc post annos 17. Cleopatra mater expulit, substituto in eius locum Ptolemæo Alexandro, quem cùm Chæreas Nauarchus decimo pòst anno occidisset, Lathurus regnum recepit ad annos octo. Antiochi Grypi Syriæ Regis 8.

Per. Iul. 4597. Ind. 7. Lunæ 18. Solis 5. Lit. Dom. BA. Mundi 3937. Græcorum 5392. Iudaïci computi 3645. Abraami ex Eusebio 1900. VI. Ætatis 422. Nabonass. 632. & Philippi 208. quorum *Thoth* cœpit die 21. Septembris, feria 5. Seleucid. 196. Per. III. Calipp. 62.

DCXXXVIII. *Romæ annus*, A. C. 116. *Coss. C. Licinio Getâ, & Q. Fabio Maximo Seruiliano*, Olymp. CLXVI. 1. Iphitæus 661. victore stadij Chrysogono Nicæno, Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 2. Antiochi Grypi Syriæ Regis 9.

Per. Iul. 4598. Ind. 8. Lunæ 19. Solis 6. Lit. Dom. G. Mundi 3938. Græcorum 5393. Iudaici computi 3646. Abraami ex Eusebio 1901. VI. Ætatis 423. Nabon. 633. & Philippi 209. à die 21. Sept. feria 6. Seleuc. 197. Per. III. Calipp. 63.

DCXXXIX. *Romæ annus*, A. C. 115. *Coss. M. Æmilio Scauro, & M. Cæcilio Metello*, Olymp. CLXVI. 2. Iphitæus 662. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 3. Antiochi Grypi Syriæ Regis 10.

Per. Iul. 4599. Indict. 9. Lunæ 1. Solis 7. Lit. Dom. F. Mundi 3939. Græcorum 5394. Iud. computi 3647. Abraami ex Eusebio 1902. VI. Ætatis 424. Nabon. 634. & Philippi 210. à die 21. Sept. sabbato, Seleuc. 198. Per. III. Calipp. 64.

DCXL. *Romæ annus*, A. C. 114. *Coß. Manio Acilio Balbo, & C. Portio Catone*, Olympiadis CLXVI. 3. Iphitæus 663. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 4. Antiochi Grypi Syriæ Regis 11.

Per. Iul. 4600. Indict. 10 Lunæ 2. Solis 8. Lit. Dom. E. Mundi 3940. Græcorum 5395. Iudaici computi 3648. Abraami ex Eusebio 1903. VI. Ætatis 425. Nabonassari 635. & Philippi 211. à die 21. Septembris Dominica, Seleucid. 199. Per. III. Calipp. 65.

DCXLI. *Romæ annus*, A. C. 113. *Coß. C. Cæcilio Metello, & Cn. Papyrio Carbone*, Olymp. CLXVI. 4. Iphitæus 664. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 5. Antiochi Grypi Syriæ Regis 12. quem frater eius vterinus ANTIOCHVS CYZICENVS Demetrij Nicanoris, & Cleopatræ filius Antiochia expellit, & cum eo decertans regnare incipit ad annos 18.

Per. Iul. 4601. Indict. 11. Lunæ 3. Solis 9. Lit. Dom. D C. Mundi 3941. Græcorum 5396. Iudaici computi 3649. Abraami ex Eusebio 1904. VI. Ætatis 426. Nabonass. 636. & Philippi 212. quorum *Thoth* cœpit die 20. Septembris, feria 2. Seleucid. 200. Per. III. Calipp. 66.

DCXLII. *Romæ annus*, A. C. 112. *Coß. M. Liuio Druso & L. Calpurnio Pisone*, Olymp. CLXVII. 1. Iphitæus 665. victore stadij Chrysogono Nicæno iterùm, Ptolemæi Lathuri Ægypti R. 6. *Cleopatra Ptolemæi Physconis filia, quam à Lathuro fratre repudiatam duxerat Cyzicenus, iussu sororis suæ Gryphinæ necata est, quam vicissim idem Cyzicenus iussit anno sequenti interfici.*

Per. Iul. 4602. Ind. 12. Lunæ 4. Solis 10. Lit. Dom. B. Mundi 3942. Græcorum 5397. Iudaici computi 3650. Abraami ex Eusebio 1905. VI. Ætatis 427. Nabonassari 637. & Philippi 213. à die 20. Septembris, feria 3. Seleucid. 201. Per. III. Calipp. 67.

DCXLIII. *Romæ annus*, A. C. 111. *Coß. P. Cornelio Scipione Nasicâ, & L. Calpurnio Bestiâ*, quo bellum Iugurthæ illatum est, quòd Micipsæ fratris filios Hiempsalem, & Adherbalem de medio sustulisset, Olymp. CLXVII. 2. Iphitæus 666. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 7. Antiochi Grypi 14. Antiochi Cyziceni tertius.

Per. Iul. 4603. Ind. 13. Lunæ 5. Solis 11. Lit. Dom. A. Mundi 3943. Græcorum 5398. Iudaïci computi 3651. Abraami ex Eusebio 1906. VI. Ætatis 428. Nabonass. 638. & Philippi 214. à die 20. Septembris, feria 4. Seleucidarum 202. Per. III. Calipp. 68.

DCXLIV. *Romæ annus*, A. C. 110. *Coß. Sp. Postumio Albino, & Q. Minucio Ruffo*, Olympiadis CLXVII. 3. Iphitæus 667. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 8. Antiochi Grypi 15. Antiochi Cyziceni 4.

Per. Iul. 4604. Indict. 14. Lunæ 6. Solis 11. Lit. Dom. G. Mundi 3944. Græcorum 5399. Iudaïci computi 3652. Abraami ex Eusebio 1907. VI. Ætatis 429. Nabon. 639. & Philippi 215. à die 20. Septembris, feria 5. Seleucid. 203. Per. III. Calipp. 69.

DCXLV. *Romæ annus*, A. C. 109. *Coss. Q. Cæcilio Metello Numidico, & M. Iunio Silano*, Olymp. CLXVII. 4. vnde Seleucienses æram suam exorsi sunt, Iphitæus 668. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 9. Antiochi Grypi 16. Antiochi Cyziceni 5.

Per. Iul. 4605. Ind. 15. Lunæ 7. Solis 13. Lit. Dom. F E. Mundi 3945. Græcorum 5400. Iudaïci computi 3653. Abraami ex Eusebio 1908. VI. Ætatis 430. Nabonassari 640. & Philippi 216. quorum *Thoth* cœpit die 19. Septembris, feria 6. Seleucid. 204. Per. III. Calipp. 70.

DCXLVI. *Romæ annus*, A. C. 108. *Coss. Ser. Sulpitio Galba, & M. Aurelio Scauro*, Olymp. CLXVIII. 1. Iphitæus 669. victore stadij Nicomacho Philadelphiensi, Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 10. Antiochi Grypi 17. Antiochi Cyziceni fratris eius 6.

Per. Iul. 4606. Indict. 1. Lunæ 8. Solis 14. Lit. Dom. D. Mundi 3946. Græcorum 5401. Iudaici computi 3654. Abraami ex Eusebio 1909. VI. Ætatis 431. Nabonass. 641. & Philippi 217. à die 19. Septembris sabbato, Seleucid. 205. Per. III. Calipp. 71.

DCXLVII. *Romæ annus*, A. C. 107. *Coss. L. Cassio Longino, & Caio Mario*, hic Iugurtham sæpè vicit, ille à Tigurinis in finibus Allobrogum cæsus est, Olymp. CLXVIII. 2. Iphitæus 670. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 11. Antiochi Grypi 18. Antiochi Cyziceni 7.

Per. Iul. 4607. Indict. 2. Lunæ 9. Solis 15. Lit. Dom. C. Mundi 3947. Græcorum 5402. Iudaïci computi 3655. Abraami ex Eusebio 1910. VI. Ætatis 432. Nabonass. 642. & Philippi 218. à die 19. Septembris Dominica, Seleuc. 206. Per. III. Calipp. 72.

DCXLVIII. *Romæ annus*, A. C. 106. *Coss. Q. Seruilio Cæpione, & C. Atilio Serrano*, sub quibus nati Cicero die 3. Ianuarij, & Pompeius die 30. Septembris, Olymp. CLXVIII. 3. Iphitæus 671. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 12. Antiochi Grypi 19. Antiochi Cyziceni 8.

Per. Iul. 4608. Indict. 3. Lunæ 10. Solis 16. Lit. Dom. B. Mundi 3948. Græcorum 5403. Iudaïci computi 3656. Abraami ex Eusebio 1911. VI. Ætatis 433. Nabon. 643. & Philippi 219. à die 19. Septembris, feria 2. Seleuc. 207. Per. III. Calipp. 73.

DCXLIX. *Romæ annus*, A. C. 105. *Coss. P. Rutilio Rufo, & C. Manilio*, Olympiadis CLXVIII. 4. Iphitæus 672.

Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 13. Antiochi Grypi 20. Antiochi Cyziceni 9.

Per. Iul. 4609. Ind. 4. Lunæ 11. Solis 17. Lit. Dom. A G. Mundi 3949. Græcorum 5404. Iudaïci computi 3657. Abraami ex Eusebio 1912. VI. Ætatis 434. Nabonassari 644. & Philippi 220. quorum *Thoth* cœpit die 18. Septembris, feria 3. Seleucid. 208. Per. III. Calipp. 74.

DCL. *Romæ annus*, A. C. 104. *Coss. C. Mario II.* qui de Iugurthâ Numidarum Rege triumphauit Kalendis Ianuariis, *& C. Flauio Fimbriâ*, Olympiadis CLXIX. 1. Iphitæus 673. victore stadij Nicodemo Lacedæmonio, Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 14. Antiochi Grypi 21. Antiochi Cyziceno 10. *Ioannes Hyrcanus Simonis filius obiit, anno Pontificatus Iudaïci* 31. *ex Iosepho libris Antiquitatum* 13. *&* 20. *Verùm Eusebius, Hieronymus, aliique annos tantùm* 29. *illi attribuunt.* Successit filius eius Aristobulus, qui primus diadema sumpsit, ac matrem minorémque natu fratrem Antigonum occidit.

Per. Iul. 4610. Indict. 5. Lunæ 12. Solis 18. Lit. Dom. F. Mundi 3950. Græcorum 5405. Iudaïci computi 3658. Abraami ex Eusebio 1913. VI. Ætatis 435. Nabonassari 645. & Philippi 221. à die 18. Septembris, feria 4. Seleucidarum 209. Per. III. Calipp. 75. *Eclipsis Solis horâ diei tertiâ tanta accidit sub hisce Consulibus, teste Iulio Obsequente, vt lucem obscurauerit. Eam Caluisius deprehendit die* 19. *Iulij, feria* 6. *horis duabus exactè ante meridiem Romæ. Eandem quoque Hernartus fatetur accidisse anno ante vulgarem Æram Christi* 104. *Sole in* 22. *gradu Cancri existente ante meridiem, & fuisse digitorum* 11. *& scrupulorum* 20. *neque tamen extorqueri sibi passus est ridiculam de luxatione vulgarium Fastorum sententiam, quam Eruditi omnes exploserunt.* Ascalonitarum æra ab hoc anno incipit, vt ex Eusebij Chronico, & Fastis Siculis constat.

DCLI. *Romæ annus*, A. C. 103. *Coss. C. Mario III. & L. Aurelio Oreste*, Olympiadis CLXIX. 2. Iphitæus 674. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 15. Antiochi Grypi 22. Antiochi Cyziceni 11. Aristobulo succedit frater eius Alexander Iannæus, quem de carcere eductum Salome Regis defuncti vxor ad thorum thronúmque euexit, regnauit annos 27. *Moriuntur Turpilius, & Lucilius Poëtæ.*

Per. Iul. 4611. Indict. 6. Lunæ 13. Solis 19. Lit. Dom. E. Mundi 3951. Græcorum 5406. Iudaici computi 3659. Abraami ex Eusebio 1914. VI. Ætatis 436. Nabonassari 646. & Philippi 222. à die 18. Septembris, feria 5. Seleucid. 217. Per. III. Calipp. 76.

DCLII. *Romæ annus*, A. C. 102. *Coss. C. Mario IV. & Q. Lutatio Catulo*, Olymp. CLXIX. 3. Iphitæus 675. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 16. Antiochi Grypi 23. Antiochi Cyziceni 12.

Per. Iul. 4612. Ind. 7. Lunæ 14. Solis 20. Lit. Dom. D. Mundi 3952. Græcorum 5407. Iudaïci computi 3660. Abraami ex Eusebio 1915. VI. Ætatis 437. Na-

bonaff. 647. & Philippi 223. à die 18. Septembris, feria 6. Seleucid. 211. Per. IV. Calippicæ primus, & ab initio primæ 229.

DCLIII. *Romæ annus*, A. C. 101. *Coß. C. Mario V. & Manio Aquilio*, Olymp. CLXIX. 1. Iphitæus 676. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 17. Antiochi Grypi Syriæ Regis 24. eiusque fratris & æmuli Antiochi Cyziceni 13.

Per. Iul. 4613. Ind. 8. Lunæ 15. Solis 21. Lit. Dom. C B. Mundi 3953. Græcorum 5408. Iudaici computi 3661. Abraami ex Eusebio 1916. VI. Ætatis 438. Nabonassari 648. & Philippi 224. quorum *Thoth* cœpit die 17. Septembris sabbato, Seleucid. 212. Per. IV. Calipp. 2.

DCLIV. *Romæ annus*, A. C. 100. *Coß. C. Mario VI. & L. Valerio Flacco*, Olymp. CLXX. 1. Iphitæus 677. victore stadij Simiâ Seleuciensi, fugiente in Cyprum insulam Ptolemæo Lathuro, frater eius PTOLEMÆVS ALEXANDER operâ Cleopatræ matris factus est nonus Ægypti Rex ad annos decem: Antiochi Grypi 25. Antiochi Cyziceni 14. *Saturninus Trib. Pl. à Mario occisus.*

Per. Iul. 4614. Ind 9. Lunæ 16. Solis 22. Lit. Dom. A. Mundi 3954. Græcorum 5409. Iudaïci computi 3662. Abraami ex Eusebio 1917. VI. Ætatis 439. Nabonassari 649. & Philippi 225. à die 17. Septembris Dominicâ, Seleucid. 213. Per. IV. Calipp. 3.

DCLV. *Romæ annus*, A. C. 99. *Coß. M. Antonio, & A. Postumio Albino*, Olymp. CLXX. 2. Iphitæus 678. Ptolemæi Alexandri Ægypti Regis 2. Antiochi Grypi 26. Antiochi Cyziceni 15.

Per. Iul. 4615. Indict. 10. Lunæ 17. Solis 23. Lit. Dom. G. Mundi 3955. Græcorum 5410. Iudaïci computi 3663. Abraami ex Eusebio 1918. VI. Ætatis 440. Nabon. 650. & Philippi 226. à die 17. Septembris, feria 2. Seleucidarum 214. Per. IV. Calipp. 4.

DCLVI. *Romæ annus*, A. C. 98. *Coß. Q. Cæcilio Metello Nepote, & Tito Didio*, Oymp. CLXX. 3. Iphitæus 679. Ptolemæi Alexandri Ægypti R. 3. Antiochi Grypi 27. Antiochi Cyziceni 16.

Per. Iul. 4616. Indict. 11. Lunæ 18. Solis 24. Lit. Dom. F. Mundi 3956. Græcorum 5411. Iudaici computi 3664. Abraami ex Eusebio 1919. VI. Ætatis 441. Nabonass. 651. & Philippi 227. à die 17. Septembris, feria 3. Seleucidarum 215. Per. IV. Calipp. 5.

DCLVII. *Romæ annus*, A. C. 97. *Coß. Cn. Cornelio Lentulo, & C. Licinio Crasso*, Olymp. CLXX. 4. Iphitæus 680. Ptolemæi Alexandri Ægypti Regis 4. Antiochi Grypi 28. Antiochi Cyziceni 17.

Per. Iul 4617. Indict. 12. Lunæ 19 Solis 25. Lit. Dom. E D. Mundi 3957. Græcorum 5412. Iudaïci computi 3665. Abraami ex Eusebio 1920. V I. Ætatis 442. Nabonassari 652. & Philippi 228. quorum *Thoth* cœpit die 16. Septembris, feria 4. Seleucid. 216. Per. I V. Calipp. 6.

DCLVIII. *Romæ annus*, A. C. 96. *Coss. Cn. Domitio Ahenobarbo*, & *C. Cassio Longino*, Olymp. CLXXI. 1. Iphitæus 681. victore stadij Parmenisco Corcyræo, Ptolemæi Alexandri Ægypti Regis 5. *Antiochus Grypus Demetrij Nicatoris ex Cleopatrâ filius Syriæ Rex XVI. insidiis cuiusdam Heracleonis necatus est anno ætatis* 45. *regníque, quod alternante fortunâ cum fratre Antiocho Cyziceno iam* 18. *annos vtcumque regebat, vigesimo nono.* Successit filius SELEVCVS ad vnum duósve annos, & paullò post patruum suum Antiochum Cyzicenum interficit. *Ptolemæus Appion, Physconis filius nothus, cui pater regnum Cyrenarum concesserat, moriens Romanos testamento reliquit hæredes.*

Per. Iul. 4618. Indict. 13. Lunæ 1. Solis 26. Lit. Dom. C. Mundi 3958. Græcorum 5413. Iudaïci computi 3666. Abraami ex Eusebio 1921. V I. Ætatis 443. Nabonassari 653. & Philippi 229. à die 16. Septembris, feria 5. Seleucidarum 217. Per. I V. Calipp. 7.

DCLIX. *Romæ annus*, A. C. 95. *Coss. L. Licinio Crasso*, & *Q. Mutio Scæuolâ*, Olymp. CLXXI. 2. Iphitæus 682. Ptolemæi Alexandri Ægypti Regis 6. ANTIOCHVS EVSEBES siue Pius Antiochi Cyziceni filius Seleucum Antiochi Grypi filium Syriâ pellit, quem anno hoc vel sequenti viuum Mopsuestiæ Ciliciæ vrbe tumultu populari crematum fuisse docent Iosephus, & Appianus.

Per. Iul. 4619. Ind. 14. Lunæ 2. Solis 27. Lit. Dom. B. Mundi 3959. Græcorum 5414. Iudaici computi 3667. Abraami ex Eusebio 1922. V I. Ætatis 444. Nabonassari 654. & Philippi 230. à die 16. Septembris, feria 6. Seleucidarum 218. Per. I V. Calipp. 8.

DCLX. *Romæ annus*, A. C. 94. *Coss. C. Cæcilio Caluo*, & *L. Domitio Ahenobarbo*, Olymp. CLXXI. 3. Iphitæus 683. Ptolemæi Alexandri Ægypti Regis 7. Antiochi Pij Syriæ Regis 2.

Per. Iul. 4620. Indict. 15. Lunæ 3. Solis 28. Lit. Dom. A. Mundi 3960. Græcorum 5415. Iudaïci computi 3668. Abraami ex Eusebio 1923. VI. Ætatis 445. Nabonassari 655. & Philippi 231. à die 16. Septembris sabbato, Seleucidarum 219. Per. I V. Calipp. 9.

DCLXI. *Romæ annus*, A. C. 93. *Coss. C. Valerio Flacco*, & *M. Herennio*, Olymp. CLXXI. 4. Iphitæus 684. Ptolemæi Alexandri Ægypti Regis 8. Antiochus Pius contra patrueles suos regnum Syriæ defendens ANTIOCHVM huius nomi-

nis X.

nis X. Grypi filium de medio sustulit, cuius fratres fuere Philippus Demetrius Eucærus, & Antiochus Dionysius eiusdem nominis XI. Syriæ Reges, quorum omnium tempora valdè sunt penuriâ scriptorum obscura atque intricata.

Per. Iul. 4621. Indict. 1. Lunæ 4. Solis 1. Lit. Dom. G F. Mundi 3961. Græcorum 5416. Iudaïci computi 3669. Abraami ex Eusebio 1914. VI. Ætatis 446. Nabonassari 656. & Philippi 232. quorum *Thoth* cœpit die 15. Septembris Dominica, Seleucid. 220. Per. IV. Calipp. 10.

DCLXII. *Romæ annus*, A. C. 92. *Coss. C. Claudio Pulchro, & M. Perpernâ*, Olymp. CLXXII. 1. Iphitæus 685. victore stadij Eudamo Coo, Ptolemæi Alexandri Ægypti Regis 9. Antiochi Pij de Syriæ Regno aduersus patrueles certantis 4.

Per. Iul. 4622. Indict. 2. Lunæ 5. Solis 2. Lit. Dom. E. Mundi 3962. Græcorum 5417. Iudaïci computi 3670. Abraami ex Eusebio 1915. VI. Ætatis 447. Nabon. 657. & Philippi 233. à die 15. Septembris, feria 2. Seleucid. 221. Per. IV. Calipp. 11.

DCLXIII. *Romæ annus*, A. C. 91. *Coss. L. Marcio Philippo, & Sex. Iulio Cæsare*, Olymp. CLXXII. 2. Iphitæus 686. Ptolemæi Alexandri Ægypti Regis 10. Antiochi Pij in Syria 5. *M. Liuius Drusus Romæ incerto auctore interfectus est; Q. Seruilius Proconsul, Fonteius Legatus, ac multi Romani à Sociis necati sunt, vnde exortum Marsicum bellum quod durauit annis* 4.

Per. Iul. 4623. Indict. 3. Lunæ 6. Solis 3. Lit. Dom. D. Mundi 3963. Græcorum 5418. Iudaïci computi 3671. Abraami ex Eusebio 1926. VI. Ætatis 448. Nabonassari 658. & Philippi 234. à die 15. Septembris, feria 3. Seleucid. 222. Per. IV. Calipp. 12.

DCLXIV. *Romæ annus*, A. C. 90. *Coss. C. Iunio Cæsare, & P. Rutilio Lupo*, Olymp. CLXXII. 3. Iphitæus 687. *Ptolemæus Alexander Ægypti Rex matrem suam Cleopatram iussit occidi*, Antiochi Pij in Syria regnantis 6.

Per. Iul. 4624. Indict. 4. Lunæ 7. Solis 4. Lit. Dom. C. Mundi 3964. Græcorum 5419. Iudaïci computi 3672. Abraami ex Eusebio 1927. VI. Ætatis 449. Nabonassari 659. & Philippi 235. à die 15. Septembris, feria 4. Seleucidarum 223. Per. IV. Calipp. 13.

DCLXV. *Romæ annus*, A. C. 89. *Coss. L. Porcio Catone, & Cn. Sempronio Strabone*, Olymp. CLXXII. 4. Iphitæus 688. *Occiso à Chæreâ Nauarcho Ptolemæo Alexandro Ægypti Rege*, LATHVRVS frater eius è Cypro insulâ rediit Alexandriam iterúmque regnauit annis 8. Antiochi Pij in Syria regnantis 7. *Cato Consul Censorij nepos, & Vticensis patruus in Sociali Bello occubuit.*

Per. Iul. 4625. Indict. 5. Lunæ 8. Solis 5. Lit. Dom. B A. Mundi 3965. Græcorum 5420. Iudaïci computi 3673. Abraami ex Eusebio 1918. V I. Ætatis 450. Nabonassari 660. & Philippi 236. quorum *Thoth* cœpit die 14. Septembris, feria 5. Seleucid. 224. Per. I V. Calipp. 14.

DCLXVI. *Romæ annus*, A. C. 88. *Coss. L. Cornelio Syllâ, & Q. Pompeio Rufo*, Olymp. CLXXIII. 1. Iphitæus 689. victore stadij Parmenisco Corcyræo, Ptolemæi Lathuri iterùm in Ægypto regnantis 2. Antiochi Pij Syriæ Regis 8. *Oppius & Aquilius Legati iussu Mithridatis Ponti Regis, omnésque Romani ciues in Asiâ occiduntur.* Sylla C. Sulpitium Trib. Pl. sibi obnitentem occidit, Mariúmque ab Vrbe fugauit.

Per. Iul. 4626. Indict. 6. Lunæ 9. Solis 6. Lit. Dom. G. Mundi 3966. Græcorum 5421 Iudaïci computi 3674. Abraami ex Eusebio 1919. V I. Ætatis 451. Nabonassari 661. & Philippi 237. à die 14. Septembris, feria 6. Seleucid. 225. Per. I V. Calipp. 15.

DCLXVII. *Romæ annus*, A. C. 87. *Cneus Octauius Consul* collegam suum *L. Cornelium Cinnam* Mario fauentem vrbe pellit, in eius locum *Cornelium Merulam Flaminem Dialem* substituendum curat, tum Vrbe à Cinnâ, Mario, Carbone & Sertorio captâ cum pluribus aliis occiditur, Olympiadis CLXXIII. 2. Iphitæus 690. Ptolemæi Lathuri iterùm in Ægypto regnantis 3. Antiochi Pij Syriæ Regis 9. *Demetrius Eucærus Grypi filius à Philippo fratre victus, morbo apud Parthos absumptus est, cùm apud Mithridatem Regem Pharnacis fratrem magno in honore haberetur.* Iosephus docet Antiochum Dionysium Eucæri in Damasceno regno successorem contra Arabes præliantem occubuisse, & præfuisse Aretam Syriæ Damascenæ, quæ ad aliquem ex sequentibus annis referenda sunt.

Per. Iul. 4627. Indict. 7. Lunæ 10. Solis 7. Lit. Dom. F. Mundi 3967. Græcorum 5422. Iudaïci computi 3675. Abraami ex Eusebio 1930. V I. Ætatis 452. Nabonassari 662. & Philippi 238. à die 14. Septembris sabbato, Seleucidarum 226. Per. I V. Calipp. 16.

DCLXVIII. *Romæ annus*, A. C. 86. *Coss. C. Mario VII. & L. Cornelio Cinnâ II.* Marius ex morbo periit, cui suffectus est L. Valerius Flaccus, Olympiadis CLXXIII. 3. Iphitæus 691. Ptolemæi Lathuri iterùm regnantis 4. Kalendis Martiis Sylla cepit Athenas cum arce, Aristionem tyrannum cepit supplicióque affecit, ac Mithridatis copias gemino prœlio fudit.

Per. Iul. 4628. Indict. 8. Lunæ 11. Solis 8. Lit. Dom. E. Mundi 3968. Græcorum 5423. Iudaici computi 3676. Abraami ex Eusebio 1931. VI. Ætatis 453. Nabon. 663. & Philippi 239. à die 14. Septembris Dominica, Seleucid. 227. Per. IV. Calipp. 17.

DCLXIX. *Romæ annus*, A. C. 85. *Coss. L. Cornelio Cinnâ III. & Cn. Papyrio Carbone*, Olymp. CLXXIII. 4. Iphitæus 692. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 5. *L. Flaccus successor Syllæ designatus à C. Fimbriâ Legato suo peremptus est, qui cùm crudeliter in Asiâ contra Ilienses, [quorum vrbem an. à prisca* ἁλώσει *1099. incendi iussit] aliósque se gereret, desertus ab exercitu, metu Syllæ violentas sibi manus attulit hoc vel sequenti anno.*

Per. Iul. 4629. Indict. 9. Lunæ 12. Solis 9. Lit. Dom. D C. Mundi 3969. Græcorum 5424. Iudaïci computi 3677. Abraami ex Eusebio 1932. VI. Ætatis 454. Nabonass. 664. & Philippi 240. quorum *Thoth* cœpit die 13. Septembris, feria 2. Seleucid. 228. Per. IV. Calipp. 18.

DCLXX. *Romæ annus*, A. C. 84. *L. Cornelio Cinnâ IV. Consule à suo exercitu perempto Cn. Papyrius Carbo eius Collega Consulatum reliquo anno solus administrauit*, Olymp. CLXXIV. 1. Iphitæus 693. victore stadij . . . . Ptolemæi Lathuri iterùm in Ægypto regnantis 6. Hoc ferè tempore mortuo Philippo, quem Eusebius captum à Gabinio finxit, Antiochi Grypi filio Seleucidarum Syriæ Regum vltimo, si ANTIOCHVM ASIATICVM Antiochi Pij filium prætermittas, vt plerique omnes vno excepto Appiano faciunt, submiserunt se Syri TIGRANI Armeniorum Regi.

Per. Iul. 4630. Ind. 10. Lunæ 13. Solis 10. Lit. Dom. B. Mundi 3970. Græcorum 5425. Iudaïci computi 3678. Abraami ex Eusebio 1933. VI. Ætatis 455. Nabonassari 665. & Philippi 241. à die 13. Septembris, feria 3. Seleucid. 229. Per. IV. Callipp. 19.

DCLXXI. *Romæ annus*; A. C. 83. *Coss. L. Cornelio Scipione Asiatico, & Cneo Norbano Flacco*, quem reuersus in Italiam è Bello Mithridatico L. Cornelius Sylla ad Canusium in Apulia prœlio vicit, & deficientes ab hostibus milites ac Cn. Pompeium anno ætatis 23. cum tribus Volonum Legionibus accedentem benignè excepit. Olymp. CLXXIV. 2. Iphitæus 694. Ptolemæi Lathuri Ægypti Regis 7. *Capitolium Templúmque Delphicum conflagrarunt.*

Per. Iul. 4631. Ind. 11. Lunæ 14. Solis 11. Lit. Dom. A. Mundi 3971. Græcorum 5426. Iudaici computi 3679. Abraami ex Eusebio 1934. VI. Ætatis 456. Nabonassari 666. & Philippi 242. à die 13. Septembris, feria 4. Seleucidarum 230. Per. IV. Calipp. 20.

DCLXXII. *Romæ annus*, A. C. 82. *Coss. Cn. Papyrio*

Carbone III. & C. Mario iuniore C. Marij filio, qui Præneste à Sylla obsessus eâ hosti deditâ sibi vitam eripuit, Collega eius victus fugit in Africam, Norbanus Rhodi seipsum interemit, Sylla Dictator factus Interrege L. Valerio Flacco rogante, proposita dirissimæ Proscriptionis Tabulâ omnia repleuit cædibus, Olymp. CLXXIV. 3. Iphitæus *695*. Ptolemæi Lathuri iterùm in Ægypto regnantis 8.

Per. Iul. 4632. Ind. 12. Lunæ 15. Solis 12. Lit. Dom. G. Mundi 3972. Græcorum 5427. Iudaici computi 3680. Abraami ex Eusebio 1935. VI. Ætatis 457 Na-Nabonassari *667*. & Philippi 243. à die 13. Septembris, feria 5. Seleucidarum 231. Per. IV. Calipp. 21.

DCLXXIII. *Romæ annus*, A. C. 81. *Coß. M. Tullio Deculâ, & Cn. Cornelio Dolabella*, Olympiadis CLXXIV. 4. Iphitæus *696*. *Ptolemæus Lathurus octauus Lagidarum in Ægypto Rex obiit.* Successit PTOLEMÆVS ALEXANDER, huiusce nominis 2. Lathuri ex fratre Ptolemæo Alexandro I. nepos, quo post 19. dies occiso ab Alexandrinis suffectus est eiusdem frater dictus PTOLEMÆVS ALEXANDER III. ad annos 17. neque enim leuiter decipiuntur, qui hunc cum patre aut cum Lathuri notho Ptolemæo Auletâ Dionysij & Cleopatræ genitore confundunt. Sylla de Mithridate, & Pompeius de Africa triumpharunt.

Per. Iul. 4633. Ind. 13. Lunæ *16*. Solis 13. Lit. Dom. F E. Mundi 3973. Græcorum 5428. Iudaïci computi 3681. Abraami ex Eusebio 1936. VI. Ætatis 458. Nabonass. *668*. & Philippi 244. quorum *Thoth* cœpit die 12. Septembris, feria *6*. Seleucid. 232. Per. IV. Calipp. 22.

DCLXXIV. *Romæ annus*, A. C. 80. *Coß. L. Cornelio Syllâ secundùm Dictatore, & Q. Cæcilio Metello Pio*, Olympiadis CLXXV. 1. Iphitæus *697*. victore stadij puerilis Epæneto Argiuo, Ptolemæi Alexandri Ægypti R. 2. Muræna de Mithridate triumphauit.

Per. Iul. 4634. Ind. 14. Lunæ 17. Solis 14. Lit. Dom. D. Mundi 3974. Græcorum 5429. Iudaici computi 3682. Abraami ex Eusebio 1937. VI. Ætatis 459. Nabonassari *669*. & Philippi 245. à die 12. Septembris sabbato, Seleucidarum 233. Per. IV. Calipp. 23.

DCLXXV. *Romæ annus*, A. C. 79. *Coß. P. Seruilio Vatiâ Isaurico, & Ap. Claudio Pulchro*, Olympiadis CLXXV. 2. Iphitæus *698*. Ptolemæi Alexandri III. Ægypti Regis 3. Sylla Dictaturam abdicans offert se paratum reddendæ rationi: Cicero Athenas se confert.

Per. Iul. 4635. Ind. 15. Lunæ 18. Solis 15. Lit. Dom. C. Mundi 3975. Græcorum 5430. Iudaici computi 3683. Abraami ex Eusebio 1938. VI. Ætatis 460. Na-

bonassari 670. & Philippi 246. à die 12. Septembris Dominica, Seleucid. 234. Per. IV. Calipp. 24.

DCLXXVI. *Romæ annus*, A. C. 78. *Coß. M. Æmilio Lepido, & Q. Lutatio Catulo*, Olymp. CLXXV. 3. Iphitæus 699. Ptolemæi Alexandri III. Ægypti Regis 4. *Sylla ætatis anno 60. sanguinis vomitu, & Phthiriasi moritur in agro Cumano, Romámque delatus in Campo Martio crematus est. Alexander Iannæus Rex Iudæorum ac Pontifex obiit*, cui successit Hyrcanus filius sub tutelâ Salomes matris, quæ Pharisæis plurimùm addicta omnia pro libito administrabat.

Per. Iul. 4636. Indict. 1. Lunæ 19. Solis 16. Lit. Dom. B. Mundi 3976. Græcorum 5431. Iudaici computi 3684. Abraami ex Eusebio 1939. VI. Ætatis 461. Nabonassari 671. & Philippi 247. à die 12. Septembris, feria 2. Seleucid. 235. Per. IV. Calipp. 25.

DCLXXVII. *Romæ annus*, A. C. 77. *Coß. D. Iunio Bruto, & Mamerco Æmilio Lepido Liuiano*, Olymp. CLXXV. 4. Iphitæus 700. Ptolemæi Alexandri III. Ægypti Regis 5. *Lepidus superioris anni Consul in Sardiniâ ex tabe periit.*

Per. Iul. 4637. Indict. 2. Lunæ 1. Solis 17. Lit. Dom. A G. Mundi 3977. Græcorum 5432. Iudaici computi 3685. Abraami ex Eusebio 1940. VI. Ætatis 462. Nabonass. 672. & Philippi 248. quorum *Thoth* cœpit die 11. Septembris, feria 3. Seleucid. 236. Per. IV. Calipp. 26.

DCLXXVIII. *Romæ annus*, A. C. 76. *Coß. Cn. Octauio, & C. Scribonio Curione*, Olymp. CLXXVI. 1. Iphitæus 701. victore stadij Dione Cyparissiensi, Ptolemæi Alexandri III. Ægypti Regis 6.

Per. Iul. 4638. Indict. 3. Lunæ 2. Solis 18. Lit. Dom. F. Mundi 3978. Græcorum 5433. Iudaici computi 3686. Abraami ex Eusebio 1941. VI. Ætatis 463. Nabonassari 673. & Philippi 249. à die 11. Septembris, feria 4. Seleucid. 237. Per. IV. Calipp. 27.

DCLXXIX. *Romæ annus*, A. C. 75. *Coß. L. Octauio, & C. Aurelio Cottâ*, Olymp. CLXXVI. 2. Iphitæus 702. Ptolemæi Alexandri III. Ægypti Regis 7. *Nicomedes Bithyniæ Rex moriens populum Romanum hæredem testamento facit.*

Per. Iul. 4639. Ind. 4. Lunæ 3. Solis 19. Lit. Dom. E. Mundi 3979. Græcorum 5434. Iudaici computi 3687. Abraami ex Eusebio 1942. VI. Ætatis 464. Nabonass. 674. & Philippi 250. à die 11. Septembris, feria 5. Seleucidarum 238. Per. IV. Calipp. 28.

DCLXXX. *Romæ annus*, A. C. 74. *Coß. L. Licinio Lucullo, & M. Aurelio Cottâ*, Olymp. CLXXVI. 3. Iphitæus 703. Ptolemæi Alexandri III. Ægypti Regis 8.

Per. Iul. 4640. Indict. 5. Lunæ 4. Solis 20. Lit. Dom. D. Mundi 3980. Græcorum 5435. Iudaici computi 3688. Abraami ex Eusebio 1943. VI. Ætatis 465. Na-

bonaſſari 675. & Philippi 251. à die 11. Septembris, feria 6. Seleucidarum 239. Per. IV. Calipp. 29.

DCLXXXI. *Romæ annus*, A. C. 73. *Coſs. M. Terentio Varrone Lucullo, & C. Caſſio Longino Varo*, Olymp. CLXXVI. 4. Iphitæus 704. Ptolemæi Alexandri III. Ægypti Regis 9. *Sertorius occiditur in conuiuio à coniuratis duce Perpernâ, qui paullò poſt à Cn. Pompeio victus interiit.*

Per. Iul. 4641. Indict. 6. Lunæ 5. Solis 21. Lit. Dom. CB. Mundi 3981. Græcorum 5436. Iudaïci computi 3689. Abraami ex Euſebio 1944. VI. Ætatis 466. Nabonaſſ. 676. & Philippi 252. quorum *Thoth* cœpit die 10. Septemb. ſabbato, Seleucid. 240. Per. IV. Calipp. 30.

DCLXXXII. *Romæ annus*, A. C. 72. *Coſs. L. Gellio Poplicolâ, & Cn. Cornelio Lentulo Clodiano*, Olymp. CLXXVII. 1. Iphitæus 705. victore ſtadij Hecatomno Mileſio, de quo cæteríſque variorum certaminum victoribus conſule ſi vacat quæ ex Phlegonte recitat Photius Patr. CP. codice 97. Bibliothecæ, Ptolemæi Alexandri III. Ægypti Regis 10. *Crixus Spartaci ſocius cum 20. ſeruorum millibus caſus eſt à Q. Arrio Prætore.*

MMMCCXIX. m. an. A. C. 835. Per. Iul. 3879. Ind. 9. Lunæ 3. Solis 15. Lit. Dom. C. Græc. recent. 4674. Iudaici computi 2926. Abr. ex Euseb. 1182. Templi & V. ætatis 197. Amasiæ 23. Ieroboami 9. *Sabbaticus XC.* Mandaucis 14. Ariphronis 12. à Troia 349. Auentini 21.

MMMCCXX. m. an. A. C. 834. Per. Iul. 3880. Indict. 10. Lunæ 4. Solis 16. Lit. Dom. B. Græc. rec. 4675. Iud. comp. 2927. Abr. ex Euseb. 1183. Templi & V. ætatis 198. Amasiæ 24. Ierob. 10. Mandaucis 15. Ariphronis 13. à Troia 350. Auentini 22.

MMMCCXXI. m. an. A. C. 833. Per. Iul. 3881. Ind. 11. Lunæ 5. Solis 17. Lit. Dom. AG. Græc. recent. 4676. Iudaici comp. 2928. Abr. ex Eus. 1184. Templi & V. ætatis 198. Ama-

ſiæ 25. Ieroboami 11. Mandaucis 16. Ariphronis 14. à Troia 351. Auentini 23. *Poſt Ariſtodemum Rex Corinthiorum IX. Agemon annis 16.*

MMMCCXXII. m. an. A. C. 832. Per. Iul. 3882. Indict. 12. Lunæ 6. Solis 18. Lit. Dom. F. Græc. rec. 4677. Iud. comp. 2929. Abr. ex Euſeb. 1185. Templi & V. ætatis 200. Amaſiæ 26. Ierob. 12. Mandaucis 17. Ariphronis 15. à Troia 352. Auentini 24.

MMMCCXXIII. m. an. A. C. 831. Per. Iul. 3883. Ind. 13. Lunæ 7. Solis 19. Lit. Dom. E. Gr. rec. 4678. Iud. comp. 2930. Abr. ex Euſeb. 1186. Templi & V. ætatis 201. Amaſiæ 27. Ieroboami 13. Mandaucis 18. Ariphronis 16. à Troia 353. Auentini 25.

MMMCCXXIV. m. an. A. C. 830. Per. Iul. 3884. Indict. 14. Lunæ 8. Solis 20. Lit. Dom. D. Græc. recent. 4674. Iud. comp. 2931. Abr. ex Euſeb. 1187. Templi & V. ætatis 202. Amaſiæ 28. Ierob. 14. Mandaucis 19. Ariphronis 17. à Troia 354. Auentini 26.

MMMCCXXV. m. an. A C. 829. Per. Iul. 3885. Ind. 15. Lunæ 9. Solis 21. Lit. Dom. CB. Græc. recent. 4680. Iudaici computi 2932. Abr. ex Euſeb. 1188. Templi & V. ætatis 203. *Amaſias Rex Iudæ occiſus eſt anno regni 29.* Ieroboami 15. Mandaucis 20. Ariphronis 18. à Troia 355. Auentini 27.

MMMCCXXVI. m. an. A. C. 828. Per. Iul. 3886. Indict. 1. Lunæ 10. Solis 22. Lit. Dom. A. Græc. recent. 4681. Iud. comp. 2933. Abr. ex Euſeb. 1189. Templi & V. ætatis 204. *Oziæ ſiue Azariæ X. Regis Iudæ an.* 1. Ieroboami 16. *Sabbaticus XCI. idémque Iubilæus XIII.* Mandaucis 21. Ariphr. 19. à Troia 356. Auentini 28.

MMMCCXXVII. m. an. A.C. 827. Per. Iul. 3887. Indict. 2. Lunæ 11. Solis 23. Lit. Dom. G. Græc. recent. 4682. Iud. comp. 2934. Abr. ex Euſ. 1190. Templi & V. ætatis 205. Oziæ 2. Ierob. 17. Mandaucis 22. Ariphronis 20. à Troia 357. Auentini 29.

MMMCCXXVIII. m. an. A. C. 826. Per. Iul. 3888. Ind. 3. Lunæ 12. Solis 24. Lit. Dom. F. Græc. rec. 4683. Iud. computi 2935. Abr. ex Euſeb. 1191. Templi & V. ætatis 206. Oziæ 3. Ierob. 18. Mandaucis 23. *Ariphrone mortuo, perpetuus Athenis Archon X. Theſpieus an.* 27. à Troia 358. Auentini 30.

MMMCCXXIX. m. an. A.C. 825. Per. Iul. 3889. Indict. 4. Lunæ 13. Solis 25. Lit. Dom. E D. Gr. rec. 4684. Iud. computi 2936. Abr. ex Euſeb. 1192. Templi & V. ætatis 207. Oziæ 4. Ierob. 19. Mandaucis 24. Theſpiei 2. à Troia 359. Auentini 31.

MMMCCXXX. m. an. A. C. 824. Per. Iul. 3890. Indict. 5. Lunæ 14. Solis 26. Lit Dom. C. Græc. rec. 4685. Iud. comp. 2937. Abr. ex Euſeb. 1193. Templi & V ætatis 208. Oziæ 5. Ierob. 20 Mandaucis 25. Theſpiei 3. à Troia 360. Auentini 32.

MMMCCXXXI. m. an. A.C.823. Per.Iul.3891. Ind.6. Lunæ 15. Solis 27. Lit. Dom. B. Græc. recent. 4686. Iudaici comp.2938. Abr. ex Euſ. 1194. Templi & V. ætatis 209. Oziæ 6. Ieroboami 21. Mandaucis 26. Theſpiei 4. à Troia 361. Auentini 33.

MMMCCXXXII m. an. A. C. 822. Per. Iul. 3892. Ind. 7. Lunæ 16. Solis 28. Lit. Dom. A. Græc. recent. 4687. Iud. comp. 2939. Abr. ex Euſeb. 1195. Templi & V. ætatis 210. Oziæ 7. Ieroboami 22. Mandaucis 27. Theſpiei 5. à Troia 362. Auentini 34.

MMMCCXXXIII. m. an. A. C. 821. Per. Iul. 3893. Ind. 8. Lunæ 17. Solis 1. Lit. Dom. GF. Græc. rec. 4688. Iud. computi 2940. Abr. ex Euſeb. 1196. Templi & V. ætatis 211. Oziæ 8. Ierob. 23. *Sabbaticus* XCII. Mandaucis 28. Theſpiei 6. à Troia 363. Auentini 35.

MMMCCXXXIV. m. an. A.C. 820. Per. Iul. 3894. Indict. 9. Lunæ 18. Solis 2. Lit. Dom. E. Græc. recent. 4689. Iud. comp. 2941. Abr. ex Euſeb. 1197. Templi & V. ætatis 212. Oziæ 9. Ierob. 24. Mandaucis 29. Theſpiei 7. à Troia 364. Auentini 36.

MMMCCXXXV. m. an. A. C. 819. Per. Iul. 3895. Indict. 10. Lunæ 19. Solis 3. Lit. Dom. D. Græc. recent. 4690. Iud. comp. 2942. Abr. ex Euſeb. 1198. Templi & V. ætatis 213. Oziæ 10. Ierob. 25. Mandaucis 30. Theſpiei 8. à Troia 365. Auentini 37. *Hic verò annus multis Chronologis eſt Aſſyriorum regni poſtremus, ſed hi Medis* 57. *an. adimunt.*

MMMCCXXXVI. m. an. A. C. 818. Per. Iul. 3896. Indict. 11. Lunæ 1. Solis 4. Lit. Dom. C. Græc. recent. 4691. Iud. comp. 2943. Abr. ex Euſeb. 1199. Templi & V. ætatis 214. Oziæ 11. Ierob. 26. Mandaucis 31. Theſpiei 9. à Troia 366. *Auentino è viuis ſublato Rex Latinorum XIII. Procas an.* 34.

MMMCCXXXVII. m. an. A. C. 817. Per. Iul. 3897. Ind. 12. Lunæ 2. Solis 5. Lit. Dom. BA. Græc. rec. 4692. Iud. computi 2944. Abr. ex Euſeb. 1200. Templi & V. ætatis 215. Oziæ 12. Ierob. 27. Mandaucis 32. Theſpiei 2. à Troia 367. Procæ 2. *Poſt Agemonem Rex Corinthiorum X. Alexander annis* 25.

MMMCCXXXVIII. m. an. A. C. 816. Per. Iul. 3898. Ind. 13. Lunæ 3. Solis 6. Lit. Dom. G. Græc. recent. 4693. Iud. comp. 2945. Abr. ex Euſeb. 1201. Templi & V. ætatis 216. Oziæ 13. Ieroboami 28. Mandaucis 33. Theſpiei 11. à Troia 368. Procæ 3.

MMMCCXXXIX. m. an. A. C. 815. Per. Iul. 3899. Indict. 14. Lunæ 4. Solis 7. Lit. Dom. F. Græc. recent. 4694. Iud. comp. 2946. Abr. ex Euſeb. 1202. Templi & V. ætatis 217. Oziæ 14. Ierob. 29. Mandaucis 34. Theſpiei 12. à Troia 369. Procæ 4.

MMMCCXL. m. an. A. C. 814. Per. Iul. 3900. Ind. 15. Lunæ 5. Solis 8. Lit. Dom. E. Græc. recent. 4695. Iud. comp. 2947. Abr. ex Euſeb. 1203. Templi Templi & V. ætatis 218. Oziæ 15. Ierob. 30. *Sabbaticus XCIII.* Mandaucis 35. Theſpiei 13. à Troia 370. Procæ 5. ante Olympiadas 38. *quo Caranus Arginus Macedoniæ regnum occupat obtinétque annis* 28.

MMMCCXLI. m. an. A. C. 813. Per. Iul. 3901. Ind. 1. Lunæ 6. Solis 9. Lit. Dom. DC. Græc. recent. 4696. Iudaici computi 2948. Abr. ex Euſeb. 1204. Templi & V. ætatis 219. Oziæ 16. Ierob. 31. Mandaucis 36. Theſpiei 14. à Troia 371. Procæ 6. Carani 2.

MMMCCXLII. m. an. A. C. 812. Per. Iul. 3902. Ind. 2. Lunæ 7. Solis 10. Lit. Dom. B. Græc. rec. 4697. Iud. comp. 2949. Abr. ex Euſeb. 1205. Templi & V. ætatis 220. Oziæ 17. Ierob. 32. Mandaucis 37. Theſpiei 15. à Troia 372. Procæ 7. Carani 3.

MMMCCXLIII. m. an. A. C. 811. Per. Iul. 3903. Ind. 3. Lunæ 8. Solis 11. Lit. Dom. A. Græc. recent. 4698. Iudaici computi 2950. Abr. ex Euſeb. 1206. Templi & V. ætatis 221. Oziæ 18. Ierob. 33. Mandaucis 38. Theſpiei 16. à Troia 373. Procæ 8. Carani 4.

MMMCCXLIV. m. an. A. C. 810. Per. Iul. 3904. Indict. 4. Lunæ 9. Solis 12. Lit. Dom. G. Græc. recent. 4699. Iud. comp. 2951. Abr. ex Euſeb. 1207. Templi & V. ætatis 222. Oziæ 19. Ierob. 34. Mandaucis 39. Theſpiei 17. à Troia 374. Procæ 9. Carani 5. *Teleclus Rex Lacedæm. VIII. à Meſſenijs in Limnis occiſus, ſuccedente Alcamene.*

MMMCCXLV. m. an. A. C. 809. Per. Iul. 3905. Ind. 5. Lunæ 10. Solis 13. Lit. Dom. FE. Græc. recent. 4700. Iudaici computi 2952. Abr. ex Euſeb. 1208. Templi & V. ætatis 223. Oziæ 20. Ierob. 35. Mandaucis 40. Theſpiei 18. à Troia 375. Procæ 10. Carani 6.

MMMCCXLVI. m. an. A. C. 808. Per. Iul 3906. Ind. 6. Lunæ 11. Solis 14. Lit. Dom. D. Græc. recent. 4701. Iud. comp. 2953. Abr. ex Euſeb. 1209. Templi & V. ætatis 224. Oziæ 21. Ieroboami 36. Mandaucis 41. Theſpiei 19. à Troia 376. Procæ 11. Carani 7.

MMMCCXLVII. m. an. A. C. 807. Per. Iul. 3907. In- Lunæ 12. Solis 15. Lit. Dom. C. Græc. recent. 4702. Iudaici computi 2954. Abr. ex Euſeb. 1210. Templi & V. ætatis 225. Oziæ 22. Ierob. 37. *Sabbaticus XCIV.* Mandaucis 42. Theſpiei 20. à Troia 377. Procæ 12. Carani 8.

MMMCCXLVIII. m. an. A. C. 806. Per. Iul. 3908. Indict. 8. Lunæ 13. Solis 16. Lit. Dom. B. Græc. recent. 4703. Iud. comp. 2955. Abr. ex Euſeb. 1211. Templi & V. ætatis 226. Oziæ 23. Ieroboami 38. Mandaucis 43. Theſpiei 21. à Troia 378. Procæ 13. Carani 9.

MMMCCXLIX. m. an. A. C. 805. Per. Iul. 3909. Indict. 9. Lunæ 14. Solis 17. Lit. Dom. AG. Græc. recent. 4704. Iud. comp. 2956. Abr. ex Euſ. 1212. Templi & V. ætatis 227.

Oziæ 24. Ierob. 39. Mandaucis 44. Thespiei 22. à Troia 379. Procæ 14. Carani 10.

MMMCCL. m. an. A C. 804. Per. Iul. 3910. Ind. 10. Lunæ 15 Solis 18. Lit. Dom. F. Græc. recent. 4705. Iud. comp. 2957. Abr. ex Euseb. 1213. Templi & V. ætatis 228. Oziæ 25. Ierob. 40. Mandaucis 45. Thespiei 23. à Troia 380. Procæ 15. Carani 11.

MMMCCLI. m. an. A.C. 803. Per. Iul. 3911. Indict. 11. Lunæ 16. Solis 19. Lit. Dom. E. Gr. rec. 4706. Iud. comp. 2958. Abr. ex Euseb. 1214. Templi & V. ætatis 229. Oziæ 26. *Ieroboamus obiit, anno regni 41. vel 53. si annos numeres quibus cum patre regnauit,* Mandaucis 46. Thespiei 24. à Troia 381. Procæ 16. Carani 12.

MMMCCLII. m. an. A C. 802. Per. Iul. 3912. Indict. 12. Lunæ 17. Solis 20. Lit. Dom. D. Græc. recent. 4707. Iud. comp. 2959. Abr. ex Euseb. 1215. Templi & V. ætatis 230. Oziæ 27. *Interregni in regno Israëlis post mortem Ieroboami primus*, Mandaucis 47. Thespiei 25. à Troia 382. Procæ 17. Carani 13.

MMMCCLIII. m. an. A.C. 801. Per. Iul. 3913. Ind. 13. Lunæ 18. Solis 21. Lit. Dom. CB. Græc. recent. 4708. Iudaici computi 2960. Abr. ex Euseb. 1216. Templi & V. ætatis 231. Oziæ 28. Interualli 2. Mandaucis 48. Thespiei 26. à Troia 383. Procæ 18. Carani 14.

MMMCCLIV. m. an. A. C. 800. Per. Iul. 3914. Ind. 14. Lunæ 19. Solis 22. Lit. Dom. A. Græc. recent. 4709. Iud. comp. 2961. Abr. ex Euseb. 1217. Templi & V. ætatis 232. Oziæ 29. Interualli 3. *Sabbaticus XCV.* Mandaucis 49. Thespiei 27. à Troia 384. Procæ 19. Carani 15.

MMMCCLV. m. an. A.C. 799. Per. Iul. 3915. Ind. 15. Lunæ 1. Solis 23. Lit. Dom. G. Græc. recent. 4710. Iudaici computi 2962. Abr. ex Euseb. 1218. Templi & V. ætatis 233. Oziæ 30. Interualli 4. Mandaucis 50. *Post Thespieum perpetuus Athenis Archon XI. Agamestor an.* 20. à Troia 385. Procæ 20. Carani 16.

MMMCCLVI. m. an. A. C. 798. Per. Iul. 3916. Ind. 1. Lunæ 2. Solis 24. Lit. Dom. F. Græc. recent. 4711. Iud. comp. 2963. Abr. ex Euseb. 1219. Templi & V. ætatis 234. Oziæ 31. Interualli 5. *Mandauce mortuo Rex Medorum III. Sosarmus annis* 30. Agamestoris 2. à Troia 386. Procæ 21. Carani 17.

MMMCCLVII. m. an. A. C. 797. Per. Iul. 3917. Ind. 2. Lunæ 3. Solis 25. Lit. Dom. ED. Græc. rec. 4712. Iud. computi 2964. Abr. ex Euseb. 1220. Templi & V. ætatis 235. Oziæ 32. Interualli 6. Sosarmi 2. Agam. 3. à Troia 387. Procæ 22. Carani 18.

MMMCCLVIII. m. an. A. C. 796. Per. Iul. 3918. Indict. 3. Lunæ 4. Solis 26. Lit. Dom. C. Græc. recent. 4713. Iud. comp. 2965. Abr. ex Euseb. 1221. Templi & V. ætatis 236. Oziæ 33. Interualli 7. Sosarmi 3. Agam. 4. à Troia 388. Procæ 23. Carani 19.

MMMCCLIX. m. an. A.C. 795. Per. Iul. 3917. Indict. 4. Lunæ 5. Solis 27. Lit. Dom. B. Græc. recent. 4714. Iud. comp. 2966. Abr. ex Euseb. 1222. Templi & V. ætatis 237. Oziæ 34. Interualli 8. Sosarmi 4. Agam. 5. à Troia 389. *Procæ successit filius Amulius Rex Latinorum XV. an.* 41. *qui Numitorem fratrem in ordinem redegit*, Carani 20.

MMMCCLX. m. an. A. C. 794. Per. Iul. 3920. Indict 5. Lunæ 6. Solis 28. Lit. Dom. A. Græc. recent. 4715. Iud. comp. 2967. Abr. ex Euseb. 1223. Templi & V. ætatis 238. Oziæ 35. Interregni 9. Sosarmi 5. Agam. 6. à Troia 390. Amulij 2. Carani 21.

MMMCCLXI. m. an. A. C. 793. Per. Iul. 3921. Indict. 6. Lunæ 7. Solis 1. Lit. Dom. GF. Græc. recent. 4716. Iud. computi 2968. Abr. ex Euseb. 1224. Templi & V. ætatis 239. Oziæ 36. Interregni 10. *Sabbaticus XCVI.* Sosarmi 6. Agam. 7. à Troia 391. Amulij 3. Carani 22. *Ardys in Lydia regnare incipit ad annos* 36.

MMMCCLXII. m. an. A. C. 792. Per. Iul. 3922. Indict. 7. Lunæ 8. Solis 2. Lit. Dom. B. Græc. recent. 4717. Iud. comp. 2969. Abr. ex Euseb. 1225. Templi & V. ætatis 240. Oziæ 37. Interregni 11. Sosarmi 7. Agam. 8. à Troia 392. Amulij 4. Carani 23. *Post Alexandrum Rex Corinthi XI. Thelestes an.* 12.

MMMCCLXIII. m. an. A.C. 791. Per. Iul. 3923. Indict. 8. Lunæ 9. Solis 3. Lit. Dom. D. Græc. recent. 4718. Iud. computi 2970. Abr. ex Euseb. 1226. Templi & V. ætatis 241. Oziæ 38. *Zacharias Ieroboami filius Rex Israel XIV. cùm regnasset mensibus tantùm sex occiditur à Sellum, qui vix vno mense elapso interfectus est à Manahemo, qui regnauit annis* 10. Sosarmi 8. Agam. 9. à Troia 393. Amulij 5. Carani 24.

MMMCCLXIV. m. an. A.C. 790. Per. Iul. 3924. Ind. 9. Lunæ 10. Solis 4. Lit. Dom. C. Græc. recent. 4719. Iudaici comp. 2971. Abr. ex Euseb. 1227. Templi & V. ætatis 242. Oziæ 39. Manahemi 1. Sosarmi 9. Agam. 10. à Troia 394. Amulij 6. Carani 25.

MMMCCLXV. m. an. A.C. 789. Per. Iul. 3925. Ind. 10. Lunæ 11. Solis 20. Lit. Dom. BA. Græc. recent. 4720. Iudaici computi 2972. Abr. ex Euseb. 1228. Templi & V. ætatis 243. Oziæ 40. Manahemi 2. Sosarmi 10. Agam. 11. à Troia 395. Amulij 7. Carani 26.

MMMCCLXVI. m. an. A. C. 788. Per. Iul. 3926. Indict. 11. Lunæ 12. Solis 6. Lit. Dom. G. Græc. recent. 4721. Iud. comp. 2973. Abr. ex Euseb. 1229. Templi & V. ætatis 244. Oziæ 41. Manahemi 3. Sosarmi 11. Agam. 12. à Troia 396. Amulij 8. Carani 27.

MMMCCLXVII. m. an. A.C. 787. Per. Iul. 3927. Ind. 12. Lunæ 13. Solis 7. Lit. Dom. F. Græc. recent. 4722. Iud. comp. 2974. Abr. ex Euseb. 1230. Templi & V. ætatis 245.

Oziæ 42. Manahemi 4. Sofarmi 12. Agam. 13. à Troia 397. Amulij 9. Carani 28.

MMMCCLXVIII. m. an. A. C. 786. Per. Iul. 3928. Ind. 13. Lunæ 14. Solis 8. Lit. Dom. E. Græc. recent. 4723. Iud. comp. 2975. Abr. ex Euseb. 1231. Templi & V. ætatis 246. Oziæ 43. Manahemi 5. *Sabbaticus XCVII.* Sofarmi 13. Agamest. 14. à Troia 398. Amulij 10. *Carano successit in regno Macedonum Cœnus an. 28.*

MMMCCLXIX. m. an. A.C. 785. Per. Iul. 3929. Indict. 14. Lunæ 15. Solis 9. Lit. Dom. DC. Græc. recent. 4724. Iud. computi 2976. Abr. ex Euseb. 1232. Templi & V. ætatis 247. Oziæ 44. Manahemi 6. Sofarmi 14. Agam. 15. à Troia 399. Amulij 11. Cœni 2.

MMMCCLXX. m. an. A. C. 784. Per. Iul. 3930. Ind. 15. Lunæ 16. Solis 10. Lit. Dom. B. Græc. rec. 4725. Iud. comp. 2977. Abr. ex Euseb. 1233. Templi & V. ætatis 248. Oziæ 45. Manahemi 7. Sofarmi 15. Agam. 16. à Troia 400. Amulij 12. Cœni 3.

MMMCCLXXI. m. an. A.C. 783. Per. Iul. 3931. Indict. 1. Lunæ 17. Solis 11. Lit. Dom. A. Græc. recent. 4726. Iud. comp. 2978. Abr. ex Euf. 1234. Templi & V. ætatis 249. Oziæ 46. Manahemi 8. Sofarmi 16. Agam. 17. à Troia 401. Amulij 13. Cœni 4.

MMMCCLXXII. m. an. A. C. 782. Per. Iul. 3932. Indict. 2. Lunæ 18. Solis 12. Lit. Dom. G. Græc. recent. 4727. Iud. comp. 2979. Abr. ex Euseb. 1235. Templi & V. ætatis 250. Oziæ 47. Manahemi 9. Sofarmi 17. Agam. 18. à Troia 402. Amulij 14. Cœni 5.

MMMCCLXXIII. m. an. A. C. 781. Per. Iul. 3933. Ind. 3. Lunæ 19. Solis 13. Lit. Dom. FE. Græc. recent. 4728. Iudaici computi 2980. Abr. ex Euseb. 1236. Templi & V. ætatis 251. Oziæ 48. Manahemi 10. Sofarmi 18. Agam. 19. à Troia 403. Amulij 15. Cœni 6.

MMMCCLXXIV. m. an. A. C. 780. Per. Iul. 3934. Indict. 4. Lunæ 1. Solis 14. Lit. Dom. D. Græc. recent. 4729. Iud. comp. 2981. Abr. ex Euseb. 1237. Templi & V. ætatis 252. Oziæ 49. *Manahemus impletis annis 10. obiit Rex Israël XVI.* Sofarmi 19. Agam. 20. à Troia 404. Amulij 16. Cœni 7.

MMMCCLXXV. m. an. A.C. 779. Per. Iul. 3935. Indict. 5 Lunæ 2. Solis 15. Lit. Dom. C. Græc. recent. 4730. Iud. comp. 7982. Abr. ex Euf. 1238. Templi & V. ætatis 253. Oziæ 50. *cum quo concurrit primus annus Phaceiæ post patrem regnantis super decem tribus Israel, Sabbaticus XCVIII. idémque Iubilæus XIV.* Sofarmi 20. *Post Agamestorem perpetuus Archon Athenis XII. Æschylus an.* 23. à Troia 405. Amulij 17. Cœni 8. *Post Thelesten, eiúsque, vt Eusebius docet, ad vnum dumtaxat annum successorem Automenen, pro Regibus* Corinthi *subrogati sunt Prytanes annui vsque ad Cypseli tempora.*

MMMCCLXXVI. m. an. A. C. 778. Per. Iul. 3936. Indict. 6. Lunæ 3. Solis 16. Lit. Dom. B. Græc. recent. 4731. Iud. comp. 2983. Abr. ex Euseb. 1239. Templi & V. ætatis 254. Oziæ 51. Phaceiæ 2. Sosarmi 21. Æschyli 2. à Troia 406. Amulij 18. Cœni 9.

MMMCCLXXVII. m. an. A.C. 777. Per. Iul. 3937. Indict. 7. Lunæ 4. Solis 17. Lit. Dom. A G. Græc. rec. 4732. Iud. comp. 2984. Aduerte autem hîc ab Olympiadum initio vsque ad an. Romæ 700. nescio quo pacto annos Periodi Iudaicæ vno semper numero auctiores reperiri: quod iam supra pag. 194. monuimus. Abr. ex Euseb. 1240. Templi & V. ætatis 255. *Ozias leprosus obiit, Rex Iuda XII. anno regni sui 52. Phaceiâ cùm vix regnasset biennium occiso, Phacee filius Romeliæ pro eo regnauit XVIII. Rex Israël an.* 20. Sosarmi 22. Æschyli 3. à Troia 407. currens, seu 408. ab æstate inchoatus, Amulij 19. Cœni 10.

Hactenus fluxit Temporis interuallum illud, quod si ab Historia Sacra discesseris, meritò cum M. Terentio Varrone appellare possis τὸ μυθικόν.



ARIADNE
CHRONOLOGICA

LABYRINTHOS

TEMPORVM

VARIIS INTERROGATIVNCVLIS


AC RESPONSIS

FACILLIMA METHODO

EXPLICANS.

CHRONOLOGIÆ TIRONIBVS.

INTER Chronologiæ subsidia, *inquit ὁ μακαρίτης Dionysius Petauius noster Libri VII. de Doctrina Temporum cap. VII.* primum locum obtinent, quos Characteres annorum appellant. Est autem Character certa quædam nota, quâ annus aliquis ab aliis secernitur. Idem porrò Characterum authores, qui & annorum parentes sunt, SOL & LVNA, quorum circuitus notas illas & indicia pariunt annorum. Eiusmodi sunt *Cycli ambo Solis & Lunæ*, tum *Indictionum Cyclus* quindenario numero comprehensus. Adhæc *Sabbatici anni* Iudæorum proprij. Aliud genus est, *Æquinoctium Solis*, aut *Solstitium*, quo & aliorum Planetarum atque astrorum obseruationes referuntur. Item *Lunæ Solisque Syzigiæ*, hoc est *Nouilunium* siue *Plenilunium*: Tum vtriusque sideris *defectio*. Item *Feria*, necnon *Pascha*, & id genus alia *Festa*. Denique quidquid illud est quod propria & peculiari nota annum afficit, cuius beneficio à cæteris annis distinguitur, Character dicitur. Est ea verò res CHRONOLOGIÆ STVDIOSIS necessaria penitus ac præ cæteris omnibus adhibenda, cuius ope ac ductu, velut ARIADNEI FILI ex innumeris sese quæstionum ambagibus expediet, ac vel errorem, vel quod errore turpius est, doctrinæ suæ conflictum contrarietatémque vitabit. Quibus incommodis duobus carere illius Chronologia non potest, qui hac velut hospitali tessera destitutus, per longinqua tempora peregrinari in animum induxerit. Cùm igitur methodus omnis nostra CHARACTERISMIS ANNORVM, velut fundamentis innixa sit, & eorum vsus in vtroque opere nostro HISTORICO TECHNICÓQVE frequentissimus occurrat, faciendum putaui, vt quam *breuissimam* ac *facillimam rationem* traderem, quâ præcipui CHARACTERES ab huius disciplinæ Tironibus inuestigari vsurparíque possent.



ARIADNE CHRONOLOGICA

TIRONEM PER TEMPORVM FLEXVS AC LABYRINTHOS BENIGNA MANV DEDVCENS.

CAPVT PRIMVM.

DE PERIODO IVLIANA, EIVSQVE vsu in Rebus Chronologicis.



VID *est Periodus Iuliana?*

Est orbis, seu numerus annorum 7980. ex tribus Cyclis Lunæ, Solis, atque Indictionis, inter se multiplicatis contextus.

Quis fuit primus auctor Periodi Iulianæ?

Iosephus Scaliger, qui, ducto à Græcis exemplo, Victorianæ Periodo annorum 532. ex cyclis Lunæ ac Solis conflatæ, Indictiones addidit, hoc est per quindecim multiplicauit.

Quam vocas Victorianam seu Dionysianam Periodum?

Orbis est annorum 532. ex duobus tantùm cyclis Lunæ scilicet ac Solis in se ductis, hoc est altero per alterum multiplicato, compositus: cuius inuentor fuisse perhibetur, vel Victorius Aquitanus, qui de Paschate scripsit ad Hilarum S. R. E. Archidiaconum, vel Dionysius Exiguus Abbas natione Scytha, qui sub extrema Theodorici Ostrogothorum in Italiâ Regis tempora, & sub eius nepote Athalarico Romæ maximè floruit ab anno 520. ad 533. Porrò post Periodum illam Victorianam non solùm Nouilunia, vt post Cyclum Lunæ, non solùm Literæ Dominicales, vt post Cyclum Solis, sed etiam Pascha, aliaque mobilia festa iisdem diebus redeunt, eodémque ordine.

Quare dicta est Periodus Iuliana?

Quia anni, ex quibus illa constat, Iuliani sunt: siue, quod eodem redit, quòd consurgat ex tribus cyclis Calendarij Iuliani inter se multiplicatis, eáque ad exitum perductâ, eorumdem cyclorum eadem redeat inter se connexio.

Quid est cyclus?

Est aliquot annorum reuolutio, seu certus annorum numerus, in se ipsum veluti rediens instar circuli, id est, cuius expleto vltimo iterum reditur ad primum.

Quot vulgò numerantur cycli?

Tres, Solis 28. Lunæ 19. Indictionis 15. annorum spatio definiti, vt postea de singulis fusiùs explicabitur. Nam Epactarum qui dicitur Cyclus & ad nostrum institutum non conducit, & imperfectus est, atque identidem interrumpitur.

Quos vocas annos Iulianos?

Qui constant duodecim vulgatis mensibus Ianuario, Februario, &c. quorum fixum est initium in Kalendis Ianuarij: ex quo scilicet Iulius Cæsar Imperator luxatum Romanorum Kalendarium restituit.

Periodi Iulianæ quinam primus appellatur annus?

Is, qui habet cyclum Solis primum, Lunæ primum, & Indictionis primum.

Estne præter istum alius annus spatio annorum 7980. cui competant isti tres characteres?

Nullus omnino: Quilibet enim annus, intra metas illius Periodi comprehensus, duos vel saltem vnum cyclum habet à cyclis aliorum annorum discrepantem. Sic ex gr. Periodi Iulianæ 17. annus habet cyclos Solis 17. Lunæ 17. Indictionis 2. vigesimus primus habet Solis 21. Lunæ 2. Indictionis 6. trigesimus verò habet Solis 2. Lunæ 11. Indictionis 15. & sic deinceps.

Quibus cyclis præditus est Æra vulgaris Christianæ annus omnium, vt ita dicam, limes & cardo temporum?

Cyclo Solis 10. Lunæ 2. Indictione 4. qui enim præcessit annus, quo Christiani vulgò conceptum natúmque Christum prædicant, cyclos habuit Solis 9. Lunæ 1. Indictionis 3. Annus verò, quem Deo duce & auspice ingredimur, à Christo nato 1657. Periodi Iulianæ 6370. cyclis hiisce distinguitur, Solis 14. Lunæ 5. & Indictionis 10. Lit. Dominicali Gregoriana G. Iuliana D.

Quis porrò est vsus Periodi illius Iulianæ?

Multiplex, vt pluribus edocent Scaliger, Mulerus, Caluisius, Emmius, Behmius, Petauius, aliíque.

I. Vt ad vnam eandémque methodum formámque applicari commodè possint dies, menses, annique omnes inter se diuersi, quibus vsi sunt veteres, quorum alij à Vere, alij ab Æstate, alij ab Autumno, caput anni mensiúmque ducebant initium, alij annum vagum vsurpabant, vt Ægyptij & Arabes.

II. Vt in eius amplissimo sinu omnes aliorum quantumuis discrepantes Epochæ de annis à primâ Mundi origine ad Christianam Æram præteritis situm certámque sedem obtinere possint; quippè quæ Latinorum saltem Chronologorum initia pluribus centenis annis antecedat.

III. Vt illustriora temporum interualla seu Epochæ Chronologicæ meliùs inter se comparari distinguíque possint, adhibitâ hac immobili, & non Lesbiâ seu vacillante regulâ.

IV. Vt nullo negotio aliorum Chronologiæ examinari possint; ac falsitatis, vbi erit opus, argui. Geminum enim Chronologi munus est tum aliorum errores reuincere, tum proprium rei, de quâ controuertitur, tempus, quantum fieri potest, certò definire.

Quamobrem Periodus illa nonnunquam Postulaticia προσληπτικὴ nuncupatur?

Quia propter amplitudinem suam plures annos habet, qui finguntur præcessisse verum Mundi ortum, realésque Solis ac Lunæ cursus.

Quot anni fluxisse intelliguntur in Periodo Julianâ ante verum Mundi ortum & prima rerum omnium incunabula?

In sententia, quæ mihi, Saliano, & quibusdam aliis probabilior visa est, fluxerunt anni 660. nam annus Mundi primus ante vulgarem Christi æram 4053. fuit Periodi Iulianæ 661. Cyclo Solis 17. Lunæ 15. Indictionis 1. Secundus verò mundi annus ante Christi æram 4052. fuit Periodi Iulianæ 662. & sic deinceps.

Quâ ratione dato anno Mundi annum Periodi Julianæ Mundano illi anno respondentem inuenies? similiter quâ arte dato anno quolibet Periodi Iulianæ annum Mundi, quo res illa contigerit, inuestigabis?

Vtrumque fiet, additis vel detractis annis 660. quibus postulatitia illa Periodus verum Mundi initium præcessisse fingitur. Eadem arte in annis Periodi Iulianæ annos Romanos, & Christianos reperire erit facillimum, aut vice versâ in annis à Româ condita, aut à Christo nato, annos Periodi Iulianæ, additis vel detractis annis 3960 quibus Periodus Iuliana prima Vrbis Romanæ Palilia antecedit, vel 4713. cùm Natalem Messiæ in anno Iuliano 45 & Periodi Iulianæ 4713. defigamus, & Christianæ seu communis æræ caput à Kalendis Ianuariis anni proximè consequentis Iuliani 46. Periodi Iulianæ 4714. Vrbis conditæ 754. Mundi 4054. deducamus. Quare ad praxim ex dato quocumque anno Periodi Iulianæ tolle 4713. & residuum erit annus Christi cum dato illo Periodi Iulianæ anno concurrens. Contra verò ad propositum Christianæ æræ quemlibet annum adde 4713. summa ex vtroque conflata erit annus Periodi Iulianæ cum illo congruens.

Quâ methodo in dato quocumque anno siue Æræ Christianæ siue Periodi Iulianæ annum cycli cuiusuis illi congruentem indagabo?

Si labori parcere velis, Concordiam hanc nostram in manus sumito, & singuli Romæ ac Christi anni, quibus & suus adhæret Periodi Iulianæ annus, cyclos Indictionis, Lunæ, Solisque exhibebunt expeditissimâ methodo, quæ vix errori obnoxia est, cùm si quod peccatum in numeros irrepserit, ex iis quæ præcedunt sequuntúrque facillimè possit emendari.

Quid si præsto non sit ad manum tua hæc Concordia, quas regulas

in inuestigandis cyclis annorum ab initio Mundi, non tantùm in tuâ, sed in quacumque Chronologorum sententia obseruabo?

Videndum primò Chronologi illi quoto Mundi anno primum æræ Christianæ à quo hic annus est 1657. attribuunt. Ego cum Saliano, Torniello, Spondano & quibusdam aliis annum esse à prima rerum omnium origine 4054. arbitror, Petauius 3984. Caluisius, Emmius, Behmius, Heluicus, similésque Scaligeriani 3950. Secundò summam illam annorum Mundanæ æræ si auferas ex annis Periodi Iulianæ 4714. residuum quod erit, addita vnitate annum Periodi Iulianæ primo Mundi anno respondentem exhibebit. Ex illa substractione residuum 660. addita vnitate ostendit in mea, Salianíque sententia annum primum Mundi esse Periodi Iulianæ 661. Inde quoque disces primum Mundi annum ex mente Petauij esse Periodi Iulianæ 731. ex mente Caluisij 765. Tertiò inquire cyclos primi illius æræ Mundanæ anni diuidendo summam annorum Periodi Iulianæ, quos præ se fert, vel per 28. si cyclum Solis aues inuestigare, vel per 19. si cyclum Lunæ vel per 15. si indictionem: sícque operando in mea Salianíque sententia, habebis in anno Periodi Iulianæ 661. cyclum Solis 17. Lunæ 15. Indict. 1. In Petauiana verò in anno 731. cyclum Solis 3. Lunæ 9. Indictionis 11. In Caluisiana denique in anno 765. cyclum Solis 9. Lunæ 5. Indict. 15. Quartò denique vt inuenias cyclos cuiuslibet anni à primo Mundano ad Æram Christianam excurrentis in mea sententia perpetua methodo ad Solarem inuestigandum, adde illi anno Mundi 16. & conflatum diuide per 28. ad Lunarem adde 14. & conflatum diuide per 19. ad Indictionem verò nihil prorsus addendum est sed tantum per 15. diuidendus erit datus ille numerus.. Periculum facito in anno Mundi 3278. quo restaurati Olympici agones cui cyclum Solis 18. Lunæ 5. Indict. 8. conuenire reperies: tum in anno æram Christianam proximè antecedente Mundi 4053. qui præditus est cyclo Solis 9. Lunæ 1. Indict. 3. tum denique in anno Mundi 3516. Cyri Monarchiæ ac sextæ ætatis primo, cui cyclus Solis 4. Lunæ 15. Indict. 6. competit, sícque in aliis. Verùm auctor sum omnibus huiusce nobilissimæ disciplinæ studiosis, vt compendiosiori via ad optatam cyclorum inuentionem procedant, atque ad hunc vsum Periodum Iulianam adhibeant, saltem in annis æram Christianam antecedentibus hoc pacto: Reuocandus est ex methodo superius tradita annus mundi vel alterius Epochæ Natalem Christi antecedentis ad annum Periodi Iulianæ, qui nulla prorsus additione facta diuisus per 28. Cyclum Solis, diuisus per 19. aureum numerum siue cyclum Lunæ, diuisus per 15. Indictionem exhibebit. Ex causa; Quæris quos cyclos nactus sit annus Mundi 3623. adde 660. fiet Periodi Iulianæ 4283. quem facta legitima diuisione characterismis hisce videbis insignem Solis 27. Lunæ 8. Indict. 8. Eadémque est reliquorum omnium ratio.

Quâ ratione in quolibet anno caput seu principium Æræ Christianæ consequente characterismos notásque vulgarium cyclorum expeditè proferam?

Duplex est huius implendi canonis ratio. I. communis. Anno Christi proposito ad cyclum Solis adde 9. tum conflatum diuide per 28. ad Lunæ cyclum siue aureum numerum adde vnitatem & conflatum diuide per 19. ad Indictionem denique adde 3. & conflatum partire per 15. Residuum enim ex illis diuisionibus si quod extiterit, erit quæsitus cyclus Solis aut Lunæ vel Indictio. Quod si nullum fuerit diuisionis residuum cyclus Solis anni propositi erit 28. Lunæ 19. & Indict. 15. vltimus scilicet cuiuslibet cycli perfecti annus. Altera methodus annos Christi reuocat ad Iulianos, quos nulla additione facta (vt supra docuimus) diuidit per 28. vel 19. vel 15. Quia verò frequentior est prior operandi modus, in eo exempla ponam. Quæritur quibus cyclis præditus sit primus æræ Diocletiani seu Martyrum annus qui est Christi 284. adde ad annos illos 9. & conflatum 293. per 28. diuide, residuum erit 13. Cycli Solaris: similiter adde annis 284. vnitatem tum conflatum

conflatum 285. diuide per 19. relinquetur zero seu nihil; ideóque 19. erit cyclus Lunaris propositi illius anni: denique annis 284. adde 3. tum summam diuide per 15. residuum 2. Indictionem indicabit: sic reperies anno Christi 376. Diocletiani 93. cyclos Lunæ 16. Solis 21. Ind. 4. Eadem methodus repræsentabit tibi in anno hoc 1655. cyclum Solis 12. Lunæ 3. Indict. 8.

Fieríne potest, vt datis quibuslibet cyclis v. g. Lunæ 3. Solis 12. Indict. 8. quis sit in toto Periodi Iulianæ ambitu annus, ante vel post Christum, deprehendam?

Hoc ad Historiam minùs certè necessarium libens omitto. Qui in iis subtilioribus ingenium exercere voluerit consulat P. Petauium tum in Parte secunda Rationarij, tum maioris operis libro 7. cap. 9. vbi allatam à se methodum probat solidâ demonstratione niti, & aliam Tabellam proponit, quam ex Nicolai Mulerij in Calendarium Isagoge mutuatum se fatetur. Non omittam tamen id obseruare in Periodo Iuliana siue annis 7980. reperiri quindecim integras Periodos Dionysianas, quæ etiam Victorianæ appellantur, singulas annorum 532. ex duobus Solis & Lunæ Cyclis in se inuicem ductis contextas.

Verùm hæc priusquam pleniùs exponantur placet nonnulla de Tempore præcipuísque eius partibus præmittere.

CAPVT SECVNDVM.

PRÆMITTENDA QVÆDAM de diebus, Mensibus, & annis.

QVID *est Tempus?*

Est mensura quâ priores posterioresque partes motus metiendo ac numerando percurrimus. Χρόνος ἐστὶν ἀριθμὸς κινήσεως κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, inquit Aristoteles libro 4. Physicorum.

Quomodo diuiditur Tempus?

In dies, menses, atque annos, tanquam in partes præcipuas. Nam minuta, horas, septimanas, lustra, sæcula, similésque complurium annorum Periodos quantitate ac ratione differentes tantisper sepono.

Quotuplex est apud Astronomos dies?

Duplex: Naturalis, & Artificialis siue Ciuilis.

Quem vocas diem naturalem?

Tempus est ab exoriente Sole ad eiusdem Solis occasum, siue Solis supra horizontem commoratio: cui opponitur Nox, quam rectè ex aduerso definieris, Solis moram infra eumdem Horizontem, siue tempus ab occasu Solis ad eiusdem proximum ortum.

Súntne dierum noctiúmque naturalium æquata semper interualla?

In Torridâ Zonâ, iis saltem regionibus, quæ Æquinoctiali lineæ subiacent, noctes diebus æquantur quocumque anni tempore; in cæteris verò orbis terrarum plagis hyeme longiores sunt diebus noctes, æstate verò dies noctibus productiores, quod augmentum decrementúmque sensim peragitur.

Quid est dies Ciuilis siue Artificialis?

Est Solis ab vno puncto ad idem, siue Horizontis, siue Meridiani punctum fixum conuersio, quæ spatio 24. horarum perficitur, & à Græcis νυχθήμερον, siue ἡμερονύκτιον, appellatur, id est spatium vnius diei naturalis, & vnius noctis, seu compositum ex die vno naturali, & nocte illi contiguâ: Ab Ouidio libro 5. Fastorum dicitur plenus dies, vbi de Iulianâ anni correctione sic canit:

Is decies senos tercentum & quinque diebus
Iunxit, & è pleno tempora quarta die.

Quare compositum illud ex die noctéque dicitur dies?

A potiori parte denominatio meritò iure peti debuit: esto veteres Galli, teste Cæsare, & Germani apud Tacitum tempus illud Noctem appellarint.

Quomodo diuiditur νυχθήμερον seu plenus ciuilísque dies?

In 24. horas: horæ singulæ in 60. scrupula, seu minuta prima: hæc in totidem, id est in 60. secunda: rursus hæc in 60. tertia, & sic deinceps. Sunt autem minuta prima in die seu spatio 24. horarum omnino 1440.

Qui sunt cardines, seu metæ ac κέντρα, à quibus dierum ciuilium hactenus sunt petita principia?

Quatuor ex Plinio, Censorino, aliísque subiicio: nam naturalium dierum vnum est principium ortus Solis. Babylonij ab ortu Solis diem suum ciuilem auspicati ad consequentem ortum protrahebant: Plerique ex Vmbriâ populi, & ex Astronomis Claudius Ptolemæus, Rex Castellæ Alfonsus, Tycho Brahe, eorúmque sectatores à meridie ad meridiem: Athenienses, Iudæi atque Itali hoc tempore ab occasu Solis ad occasum, seu à prima vespera ac crepusculo Solis occubitum proximè consequente ad alteram vesperam ac crepusculum: Romani denique post Ægyptios, atque ex Astronomis Hipparchus, saltem Plinio teste, Copernicus, Mulerius & plerique recentiores à media nocte ad mediam noctem: quem morem Catholica semper probauit Ecclesia. Hinc in Gnomonicis horæ diuiduntur in Astronomicas, quæ vel à meridie vel à media nocte ducunt initium, in Babylonicas quæ ab ortu Solis, & in Italicas quæ ab occasu numerantur.

Quare Astronomi vel à meridie, vel à mediâ nocte diem auspicati sunt?

Quia Meridianus circulus, vtpote qui fixus est atque immobilis, certum diei principium designat, cùm ortus occasúsque subinde mutentur, sicut & Horizon.

Astronomi qui à meridie ciuilem inchoant diem, conueniúntne inter se?

Minimè verò: nam Ptolemæus & Tycho Brahe inde diem incipiunt; vbi Alfonsicus desinit & alter inchoatur. Exempli gratia Kalendarum Ianuarij principium, quod Romanis, Hipparcho & plerisque recentioribus Astronomis defixum est in media nocte ἐν τῷ μεσονυκτίῳ, Alfonso eiúsque sectatoribus est meridies postremæ diei Decembris; Ptolemæo verò & Tychoni est ipse meridies primæ lucis mensis Ianuarij. Vnde fit vt duodecim citiùs horis anteuertat Alfonsus Kalendas Ianuarij (atque eadem est ratio de singulis anni diebus) tardent verò Ptolemæus & Tycho Brahæus. Sic Iudæi qui ab occasu Solis ferias suas incipiunt sex circiter horis Kalendas nostras Ianuarias anticipant.

Vnde hebdomadis apud nos feriarúmque ducitur initium?

A puncto mediæ illius noctis, quæ Sabbatum inter Dominicúmque diem, seu primam feriam intercedit, quæ apud Exoticos profanósque Scriptores Soli, apud Catholicos verò Resurrectioni Domini IESV consecrata est.

An quæso statim atque duodecima nocte audita est hora, dies ciuilis præsertim Ecclesiasticus inchoatur? an verò tantum, cùm horæ post duodecimam primæ signum datur?

Cum sono duodecimæ horæ finitur dies præcedens, & inde statim inchoatur sequens, ideóque dum prima de nocte pulsatur, iam vna diei hora præteriit: quod vel ex eo colliges, quòd quæ sequitur semihora non semiprima sed sesquiprima seu media post primam, vtique elapsam, appellari soleat.

Quomodo diuiduntur horæ, quas in die ac nocte simul iunctis dixisti reperiri numero vigintiquatuor?

In Temporarias, Græci καιρικὰς vocant, seu inæquales, & in eas quæ pares sunt inter se & æquales, quæque æquinoctiales idcirco vocitantur, quod totum æquinoctialis circuli ambitum in 24. partes æquales diuidant.

Quot singulis horis æqualibus æquinoctialis circuli gradus, Græcis μοῖραι, competunt?

Assignantur vulgò quindecim, qui per 24. multiplicati, gradus seu μοίρας conficiunt numero 360.

Quas vocas inæquales horas seu Temporarias?

Quæ quolibet anni tempore duodecim tantùm nocti ac rursus duodecim diei pari semper numero imputantur: ex quo fit, vt æstiuo tempore duodecim horæ nocturnæ perbreues sint, diurnæ verò longiores: contra verò hyberno hæ minimæ, illæ maximæ. Eadem quippe inter se quantitate distant, qua ipsi dies; ita vt magnorum dierum magnæ, paruorum paruæ sint. Prima fluebat proximè à Solis exortu, sexta in ipso meridie, duodecima denique occumbente Sole. In Gnomonicis sæpiùs nuncupantur Iudaicæ antiquæ, & à nonnullis etiam Planetariæ.

Fuítne olim in vsu apud veteres horarum illa inæqualitas?

Fuit apud Romanos, éstque modo apud Italos, verùm diuersa penitus ratione. Romani enim horas diurnas ab ortu Solis, nocturnas ab occasu seu crepusculo metiebantur. Itali verò numerant horas 24. quarum primam ab occasu Solis accersunt, reliquasque deinceps subiiciunt, vsque ad vigesimam quartam, quæ in occasum Solis desinit, vnde prima deinde sequentis diei procedit. Galli verò Hispani, Germani, aliíque passim numerant 12. priores ciuilis diei horas à media nocte, totidem verò posteriores à meridie, quæ omnes inter se sunt æquales.

Quos laudas testes illius apud Romanos horarum diurnarum inæqualitatis?

Plautum in Pseudolo Scena vltima: Actus V. *Ebibere in hora vna.* Ps. Hyberna addito. Martialem libro 12. epig. 1.

Hora nec æstiua est nec tibi tota perit.

Censorinum cap. 16. de die Natali: Hæc enim, (loquitur de annis, sæculis & quolibet finito tempore) ad ætatem infinitam non sunt brumalis vnius instar horæ.

Estne recens horologij sciatherici vsus?

Nequaquam, cùm ex capite 20. libri quarti Regum apertè constet saltem sub Achazo patre Ezechiæ circa annum ab Orbe condito 3300. Romanæque vrbis prima fundamenta receptum fuisse apud Iudæos hunc morem, vt per lineas ex vm-

bra Solis tempus diei horâſque metirentur. Quamquam ea de re quidam ſentiant ſecus, quibuſcum modo non diſputo.

Quis primus in Græciam hunc morem inuexit?

Si Plinio fides libro.2. cap.76. Anaximenes Olympiade 50. Sciathericum Horologium Lacedæmone primus erexit. Quod ad Romanos attinet teſtatur Cenſorinus per annos plus minus trecentos naturalem diem abſque horarum partitione diuiſum ſimpliciter fuiſſe in antemeridianum, & pomeridianum tempus, noctem dein diuiſam in 4. Vigilias (qui etiam vſus inualuit apud Iudæos, vt ex pluribus Noui Teſtamenti locis conſtat) tum diei ac noctis celebriora ſegmenta hiiſce nominibus fuiſſe inſignita; Gallicinium, Conticinium, Diluculum, Mane, ad meridiem, Meridies, de meridie, ſuprema circa Solis occaſum, Veſpera, Crepuſculum, Concubium, Intempeſta nox, ad mediam noctem, Media nox, de med ia nocte, *&c.*

Quæ nomina diebus conueniunt?

Alia à Planetis Solis, Lunæ, Martis, *&c.* qui vſus Tertulliani tempore iam inualuerat, alia ab aliquo euentu aut ſuperſtitioſâ religione, vt Allienſis à Romanorum clade, Faſti, Nefaſti, Intercifi, Feſti, Profeſti, atri, iuſti, religioſi ſeu ſacri rebus diuinis agendis dicati, profani rebus humanis ciuilibúſque negotiis deputati, *&c.* alia denique ab æquatione motuum Solis ac Lunæ: vnde ἐπαγόμεναι ἡμέραι, ἐπακταὶ, ἐξαιρέσιμοι, ἐμβόλιμοι, ὑπέρβατοι, προσθεταὶ, πλεῖσται, &c.

Vnde ſeptimana, Græcis ἑβδομὰς, originem ſumpſit?

Tum ex dei præcepto apud Hebræos à primis vſque naſcentis mundi temporibus, tum occaſione quadrantium menſis Lunaris Synodici, qui dies ſolidos ſeptem ſinguli continent, vel à ſeptem Planetis, aliáve de cauſa ex perfectione numeri ſeptenarij petitâ.

Quinam dies ſeptimanæ primarius erat apud Iudæos?

Sabbatum, in quo ab omni opere feriabantur: reliqui verò hebdomadis dies per ordinis numeros exprimebantur; Vna ſeu prima Sabbati, ſecunda, tertia, *&c.* quin & Phariſæus gloriatur ſe ieiunare ſolitum bis in Sabbato. Apud Chriſtianos Dominica dies primum ſemper meruit locum, quæ à profanis dies Solis dicebatur, Mahumetani diem Veneris colunt, Ethnici quidam diem Iouis, *&c.*

Cur Ethnici nomina Planetarum Solis, Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, Veneris, atque Saturni, hoc ordine ſeptem diebus hebdomadis indiderunt?

Ingenioſa hæc à quibuſdam profertur ratio: quòd ſi Soli ἀρχετύπῳ θεοῦ ἱερῷ υἱῷ ac diuinæ maieſtatis in hoc orbe aſpectabili præcipuæ imagini, primam Dominicæ diei horam attribuas, tum ſequentibus ordine Planetis deorſum procedendo, hoc eſt Veneri, Mercurio, Lunæ, Saturno, Ioui, Marti, reliquas deinceps horas in orbem vſque ad 24. aſſignes, felici ſucceſſu prima diei ſecundæ ſeu feriæ (ſic enim Eccleſiaſtici vocant) congruet Lunæ, prima 3. Marti, prima 4. Mercurio, prima quintæ Ioui, prima ſextæ Veneri, prima ſeptimæ ſeu Sabbati Saturno, dein prima Dominicæ Soli. Periculum facito in 7. hiiſce figuris 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. quarum prima Saturnum 2. Iouem, 3. Martem, 4 Solem 5. Venerem, 6. Mercurium, 7. Lunam repræſentat.

Quomodo notatur ſeptimana in Kalendariis vulgaribus?

Per ſeptem priores alphabeti literas. Veteres autem Romani octo priores adhibebant literas, vt nundinas nono quoque die recurrentes deſignarent.

Quomodo diuiditur mensis?

In naturalem, quem Censorinus cæleſtem etiam vocat, & in ciuilem.

Quid eſt menſis naturalis?

Eſt tempus illud, quo Sol vel Luna certam ac definitam Zodiaci partem naturali ac proprio motu peragrat ab occaſu in ortum.

Quos verò vocas menſes ciuiles?

Interualla quædam ſeu partes, in quas vna quæque natio annum ciuilem partitur pro ſuo cuiuſque inſtituto & arbitratu: vt Romani à Kalendis in Kalendas, Iudæi & Græci à Neomeniis in Neomenias, &c.

Soliſne an Lunæ motui nomen menſis priùs impoſitum fuit?

Dubio procul omni, Lunæ motui nomen illud inditum, vt vel ex ipſo quo Græci vtuntur vocabulo compertum arbitror ipſis etiam Helleniſmi tyronibus. Adde quod menſis naturalis ſit Lunæ menſura, vt annus Solis.

An apud Græcos μῆνες ἀπὸ τῆς μήνης menſes à Lunâ, an potiùs Luna à menſibus dicta μήνη ἀπὸ τοῦ μηνός?

Res quibuſdam incerta: prius tamen longè probabilius videtur, tum quòd in hominum oculos Luna ante incurrerit, ideóque nomen aliquod nanciſci debuerit, quàm homines de aſtri illius menſtruo curſu nominando cogitarint, tum quia Eccleſiaſtici cap. XLIII. v. 8. μὴν κατὰ τὸ ὄνομα αὐτῆς.

Quid eſt menſis Lunaris?

Cenſorino dicitur temporis quoddam ſpatium à noua Luna ad alteram.

Quòt modis ſpectari poteſt Lunaris iſte menſis?

Tribus: I. quatenus Luna ab vno Zodiaci puncto profecta ad idem omnino punctum peruenit, vocatúrque à Græcis Periodus Lunæ. II. cùm eadem Luna à Sole profecta ad eundem reuertitur, dicitúrque Synodus ſiue congreſſus Lunæ. III. denique ſumitur pro eo interuallo quod à phaſi ſeu primo limbo apparentis Lunæ altero poſt Synodum die inchoatum ad alteram φάσιν ἢ φέγγος τῆς σελήνης porrigitur.

Fuítne apud veteres idem menſium initium?

Nequaquam: Athenienſes enim & quidam alij à Synodo ſeu congreſſu, quam ſilentem vel intermenſtruam Lunam appellamus; Iudæi verò Agareni, Chaldæi, omnéſque propemodum Orientales à primo Lunæ naſcentis lumine ἀπὸ τῆς φάσεως menſem Lunarem auſpicati ſunt.

Quomodo diuidis Solares menſes?

Cenſorinus alios eſſe fatetur naturales Solis menſes, alios ciuiles omnibus notos.

Quem verò appellas naturalem Solis menſem?

Interuallum illud ſeu ſpatium, quo Sol vnumquodque in Zodiaco orbe ſignum ſegmentúmve percurrit: δωδεκατημόρια Græci appellant. Hi verò menſes in anno merè Solari Dionyſij Mathematici, qui ſub Ptolemæo Philadelpho Ægypti Rege floruit à ſignis denominatione ſumptâ dicti ſunt λεοντῶν, παρθενῶν, ζυγῶν, σκορπιῶν, τοξῶν, αἰγῶν, ὑδρῶν, ἰχθυῶν, κριῶν, ταυρῶν, διδυμῶν, καρκινῶν, initio vt vides à Leone ducto, Leonton, Zygon, Scorpion, Toxon, Ægon, Hydron, Ichthyon, Crion, Tauron, Didymon & Carcinon.

Percurritne Sol duodecim illa Zodiaci ſegmenta æquali tempore ſingula?

Minimè verò: longiùs enim in Ariete ſignîſque conſequentibus, quæ dicuntur Æſtiua, moratur Sol, quàm in Scorpione cæteriſque, quæ appellantur Hyberna: quod accidit propter orbis in quo fertur Eccentricitatem. Inde fit, vt inæquales ſint inter ſe duodecim iſti naturales Solis menſes. Etſi enim æqualia ſint inter ſe ſigna Zodiaci, Solis tamen motus quo illa percurrit irregularis eſt celerior per hyemem, tardior per æſtatem.

Quam varia ſunt menſium ciuilium nomina?

Alij æquales 30. dierum numero definiti, alij inæquales & curti, alij pleni, alij caui, alij ordinarij, alij embolimi ſiue Intercalares. Omnes verò id commune habent, vt dies dumtaxat admittant, dierum verò fragmenta ſiue minutias reſpuant.

Quos vocas Embolimos menſes?

Qui ex ſuperfluis diebus, quibus Solaris annus Lunarem annum ſeu duodecim ordinarias lunationes ſuperat, collecti certis temporibus extra ordinem intercalantur. quales in anno Iudaico Adar prior, in anno Græcorum Poſideon ſecundus, & apud Romanos ante Iulium Cæſarem menſis dictus Merkedonius.

Apud quas nationes vſurpati menſes inæquales?

Apud Romanos, vt nunc quoque videmus in anno Iuliano, vbi menſes inæquali ſunt ſpatio definiti: cùm tamen in anno Iudaico antiquo, Chaldæo, Ægyptiaco, atque etiam Græco, ſi quæ fides Scaligerianis habenda, fuerint Solares menſes æquabiles ſinguli 30. dierum ſeu τριακονθήμεροι.

Quot ſunt menſes anni Iuliani, quæue eorum nomina?

Duodecim cuiuis noti: Ianuarius, Februarius, *&c.*

Iuliani menſes conſentiúntne cum Solis naturalibus menſibus?

Minimè: diſcrepant enim tum in ipſo dierum numero, tum etiam in capite ſiue principio: nonnulli quippe ex iis 30. præciſè dies, alij vnum ſupra 30. numerant, vnus Februarius 28. tantùm colligit dies in annis ſimplicibus, cùm in Biſſextilibus ſiue Intercalaribus vno die auctior 29. accipiat, túncque annus dies colligit 366.

A quo ſigni cuiuſque cæleſtis gradu initium ducebant olim Iuliani menſes?

Ab octauo gradu, vt patet maximè in iſtis 4. Ianuario, Aprili, Iulio, Octobri, qui proximè poſt 4. anni Cardines id eſt Solſtitia duo totidémque æquinoctia inchoantur. Sol enim ingredi in Capricornum videbatur 8. Kalendas Ianuarias, in Arietem 8. Kal. Apriles, in Cancrum 8. Kalendas Quintiles, in Libram denique 8. Kalendas Octobres. Verùm Solis anteceſſio cardines illos verſus ipſa menſium initia vitio paulatim deflexit, vt ſuo poſtea loco commodiùs explicabitur.

Quomodo Romani menſes in anno Iuliano diſpoſiti cum variis exterarum nationum menſibus componuntur?

Id diſcere poteris ex ſequentis Tabulæ Laterculo, vbi & nomina menſium eorúmque ordinem inter ſe cúmque aliis habitudinem deprehendere quiuis facilè poterit.

IVLIANI.	ATHENIENSES.	MACEDONICI.	IVDAICI.	ÆGYPTII.
1. Ianuarius.	7. Gamelion.	6. Apellæus.	10. Thebet.	4. Choiac.
2. Februarius.	8. Anthesterion.	7. Audineus.	11. Schebat.	5. Tybi.
3. Martius.	9. Elaphebolion.	8. Peritius.	12. Adar.	6. Mechir.
4. Aprilis.	10. Munychion.	9. Distrus.	1. Nisan.	7. Phamenoth.
5. Maius.	11. Thargelion.	10. Xauthicus.	2. Iiar.	8. Pharmuthi.
6. Iunius.	12. Scyrophorion.	11. Artemisius.	3. Sciuan.	9. Pachon.
7. Iulius.	1. Hecatombæon.	12. Dæsius.	4. Tamuz.	10. Payni.
8. Augustus.	2. Metagituion.	1. Panemus.	5. Ab.	11. Epiphi.
9. September.	3. Boedromion.	2. Lous.	6. Elul.	12. Messori.
10. October.	4. Mæmacterion.	3. Gorpiæus.	7. Tisri.	1. Thoth.
11. Nouember.	5. Pyanopsion.	4. Hyperberetæus.	8. Marchesvvan.	2. Paophi.
12. December.	6. Posideon.	5. Dius.	9. Casleu.	3. Athyr.

ÆTHIOPICI.	ARMENICI.	HAGARENI.	MAHVMETICI.	PERSICI.
4. Mascaram.	10. Navvasarui.	4. Giumadi II.	11. Dulcaida.	10. Behemen.
5. Ticrnit.	11. Hari,	5. Regiab.	12. Dulchegia.	11. Asphandar.
6. Hadar.	12. Mustibaca.	6. Sahaben.	1. Muharram.	12. Musteraca.
7. Taschas.	1. Sahami.	7. Ramadhan.	2. Tzephar.	1. Phrurdin.
8. Thir.	2. Theri.	8. Scheual.	3. Rabie I.	2. Adarphaschath.
9. Iacaphith.	3. Sagutz.	9. Dulcaida.	4. Rabie II.	3. Chardad.
10. Magabith.	4. Haratz.	10. Dulchechia.	5. Giumadi I.	4. Thyr.
11. Miaria.	5. Mahich.	11. Muharram.	6. Giumadi II.	5. Mardad.
12. Guiboth.	6. Arich.	12. Rabie I.	7. Regiab.	6. Scheritz.
1. Sene.	7. Asceli.	1. Tzephar.	8. Saheben.	7. Medar.
2. Auile.	8. Maran.	2. Rabie II.	9. Ramadan.	8. Aban.
3. Nahase.	9. Mariatz.	3. Giumadi I.	10. Scheuual.	9. Adar.

Cur menses Persarum & Armeniorum, Hagarenorum & Mahumetanorum exhibet superius Laterculum?

Hoc ex aliorum potius sententia, quàm meo instituto factum esse scias: quia omnes illi menses vagi sunt, nulli certæ anni tempestati addicti: priores quidem Solares æquabiles τριακονθήμεροι, non secus atque Ægyptij veteres, siue Nabonassarei, posteriores verò Lunares alternis caui & pleni, siue 29. aut 30. diebus constantes.

Fierine potest exacta mensium etiam Solarium certæ anni tempestati affixorum in annis diuersarum gentium cum Iulianis seu Romanis mensibus comparatio?

Minimè: quia non idem est apud omnes anni, adeóque primi mensis, aliorúmque deinceps sequentium caput siue principium, vt ex iis quæ suis locis copiosiùs exponenda sunt in sequentibus capitibus manifestum erit.

Quot in partes diuiduntur Romani seu Iuliani menses?

In tres: Nonas scilicet, Idus & Kalendas.

Quoto die à Kalendis seu primo mensis cuiusque Romani die incidunt Nonæ?

Quinto vel septimo.

Quot menses septimo à Calendis die Nonas habent?

Quatuor, nimirum Martius, Maius, Iulius & October. In quibus qui primum diem seu Kalendas sequitur dies dicitur VI. Nonas, tertius V. Nonas, quartus IV. Nonas, Quintus III. Nonas, Sextus denique II. seu Pridie Nonas. Vnde notandi versiculi vulgares.

Sex Maius Nonas, October, Iulius, & Mars:
Quatuor at reliqui: tenet Idus quilibet octo.

In aliis mensibus quem diem occupant Nonæ?

Quintum: vnde qui primum in iisdem seu Kalendas sequitur dies, numeratur IV. Nonas, tertius III. Nonas, quartus denique II. siue Pridie Nonas.

Quot sunt Idus, siue vt Antiquarij scribere amant, Eidus, quóve mensis die collocantur?

Idus semper sunt octo: & in mensibus Martio, Maio, Iulio & Octobri decimumquintum à Kalendis obtinent diem, ideóque in iis primus post Nonas, id est octauus dies mensis appellatur VIII. Idus, tum nonus VII. decimus VI. & sic deinceps vsque ad decimumquartum, quem II. seu Pridie Eidus vocant. In aliis verò mensibus fixæ sunt Idus in die decimatertia, proptereáque in iis proximus post Nonas seu sextus dies appellatur VIII. Idus, tum septimus VII. Idus, octauus VI. & sic deinceps vsque ad duodecimum qui dicitur II. siue Pridie Eidus.

Quot sunt dies Calendarum, seu potius ante Calendas, qui statim post Idus numerari incipiunt?

Eò plures sunt, quò pauciores Nonas mensis habuit. Vnde qui menses Nonis quatuor contenti sunt, & 31. diebus constant (Tales sunt Ianuarius, Augustus ac December) nouemdecim ante sequentes Kalendas obtinent dies. Qui autem sex Nonas habent (vt quatuor supra nominati) nonnisi XVII. dies ante Kalendas sequentes numerant. Tricenarij denique menses (ij sunt Aprilis, Iunius, September ac Nouember) singuli computant XVIII. dies ante Kalendas, vnus Februarius XVI. dumtaxat.

Vnde numerantur dies illi ante Calendas in mense quolibet?

A primo die seu Kalendis sequentis mensis: adeò vt vltimus dies cuiuslibet mensis v.g. Decembris pridie Kalendas Ianuarij dici soleat, penultimus verò siue 30. tertio Kalendas, 29. IV. Kal. & sic retro deinceps vsque ad Idus procedendo.

Quâ methodo cognoscam datus mensis dies quotus sit ante Calendas?

Mensis illius dies binario auge, tum propositum numerum de summa hac detrahe, residuum ostendet quotus ante Kalendas sit dies ille quæsitus. Quæritur v.g. quotus ante Kalendas sit dies 20. Septembris, diebus 30. quot mensis ille colligit addo 2. tum de 32. subduco 20. residuum est 12. ergo dies 20. Septembris duodecimus est ante Kalendas Octobris. In Februario bissextili bis numerandus est dies 24. & cæteri omnes dies perinde atque in simplicibus assignandi, si tutò hanc regulam velis adhibere.

Eadémne ratione Idus inuestigare licebit?

Non planè eadem. Dies enim 13. vel 15. Idibus addictus vnitate tantùm fieri debet auctior: ex qua summa si datum mensis diem Nonas inter atque Idus situm subduxeris, residuum exhibebit tibi quotus ille numeretur ante Idus. Vt si quæratur quotus sit ante Idus dies Martij nonus, primum diei 15. cui affixæ sunt Idus, addam vnitatem, fient 16. ex qua summa detractis nouem, restabunt septem; erit ergo VII. ante Idus.

Verùm in his ac similibus inuestigandis longè satius est, vbi dubium aliquod suboritur, ipsum consulere Kalendarium, vel Gregorianum, vel Iulianum, ex cuius leui intuitu certiùs commodiúsque omnia ista perdiscentur, quàm ex regulis præceptísque, quæ nostra aliorúmve industria excogitare poterit.

Quotuplex

Quotuplex reperitur annus apud Chronologos?

Duplex; Solaris ad annuum Solis cursum, seu reuolutionem in sua ecliptica, per quam 4. anni tempestates ver, æstatem, autumnum, hyememque ordine quamque suo efficit: & Lunaris ad Lunæ curricula seu menses duodecies replicatos descriptus. Neque enim mihi sermo de menstruis, bimestribus, trimestribus, quadrimestribus, & semestribus annis, de quibus Censorinus, aliique.

Solaris annus quotuplex est?

Duplex: Primus exactus, qui Solaris curriculi ab eodem æquinoctij verni puncto ad idem punctum numeros perfectè implet, passímque definitur spatio dierum 365. horarum 5. & minutorum, seu scrupulorum ferè 49. dicitur quoque vertens siue Tropicus, quòd sit spatium temporis, quo Sol totum Zodiacum permeat à præcipuo cœli cardine, nimirum verno, ad eumdem rursus cardinem. Græcis enim 4. cœli cardines dicuntur τροπαί. Secundus dicitur Ciuilis, minúsque ad Astronomicum calculum exactus, quippe qui à Tropico nonnihil aberret: qualis est Iulianus, siue Romanus, quo ferè omnes modò vtuntur Europæi, diebúsque constat 365. atque horis præcisè sex: licet, vt dixi, tantùm sint quinque horæ, & minuta ferè 49.

Quomodo diuiditur Iulianus siue Romanus annus?

In communem seu simplicem, quem modò descripsimus, & in Bissextilem, qui ex diebus 366. completis atque perfectis compositus post tres annos communes elapsos solet interponi.

Quare vno die cæteris auctior est Bissextilis?

Quia sex illæ horæ, quæ supersunt in annis communibus, nec ipsis imputantur, quarto quoque vertente anno summam in vnam collectæ diem vnum efficiunt, qui quarto illi anno additus, facit eum tribus proximè elapsis aliquanto longiorem.

Quamobrem vocatur annus ille Bissextilis?

Quia dies ille addititius inseritur ad 6. Kalendas Martias, quo fit vt Bis sexto Kalendas Martias illo anno pronuncietur in Fastis, & mensis Februarius non vt assolet 28. tantùm dies, sed 29. habeat, festúmque S. Matthiæ Apostoli non 24. sed 25. Februarij diem occupet.

Quanto minor est annus cælestis seu Tropicus anno Ciuili Iuliano?

Minor est, vt ex dictis patet, scrupulis seu primis minutis vndecim (qualia minuta prima 60. sunt in horâ) ex quo fit vt Tropicus, qui à vero verni æquinoctij cardine in parte aliquâ Iuliani anni defixo (v. g. in mediâ nocte, quæ inter 20. & 21. Martij diem intercedit) processerat, post annos ferè 131. partem illam, siue mediam noctem, vno integro die anteuertat, cadátque in mediam noctem, quæ 18 & 19. Martij diem dirimit: post annos denique 393. triduo anticipans cadat in eam noctem, quæ inter 17. & 18. media est, & sic deinceps.

Quorsum auctoritate Gregorij XIII. Papæ anno 1582. castigatus est annus Iulianus, seu reformatum Kalendarium, detractis ex mense Octobri prædicti anni decem integris diebus?

Nimirum vt Tropicus annus, qui decem integris diebus præcedebat, alligatum tempore Nicænæ Synodi, defixúmque in die 21. Martij cardinem æquinoctij verni, & iam ab illo die 21. Martij, ad vndecimum eiusdem mensis descenderat,

cum Iuliano ciuilíque anno conciliaretur, síque æquinoctium vernum ad pristinas metas à Nicænis Patribus constitutas rediret.

Quare dicis Tropicum annum præcessisse caput æquinoctij verni decem diebus?

Quia tempore Nicæni Concilij, quod à Patribus CCCXVIII celebratum est anno Christi 325. in Bithyniâ, Vernum æquinoctium seu initium anni Tropici Martij diem vel 20. in Bissextilibus, vel 21. in Communibus obtinebat; sæculo autem præterito, post elapsos fermè 1300. annos deprehensum est idem Æquinoctium obtinere diem eiusdem Martij mensis, vel decimum in Bissextilibus, vel vndecimum in Communibus annis. Quæ labes, si minùs repressa fuisset, Vernum Æquinoctium post quatuor aut quinque annorum myriadas ex Martio in Februarium, eóque decurso in Ianuarium descendisset, ipsúmque Pascha Christianum non mense Martio, aut Aprili, sed Februario etiam ac Ianuario celebratum fuisset.

Quid cautum est, ne deinceps idem error in Fastis obrepat, néve initium anni Tropici, seu cardo æquinoctij Verni à 20. vel 21. die imposterum retro deflectat & euagetur?

Prouisum est eiusdem iussu Pontificis, vti singulis annorum centuriis vertentibus dies vnus Bissextilis omitteretur, quartâ dumtaxat exceptâ centuriâ, quæ Bissextilem ex more suum retinebit.

Cur spatio illo 400. annorum tres tantùm expunguntur dies Bissextiles?

Ratio est, quòd cùm non centenis quibusque annis, sed tantùm post 130. annos vnus Iuliano anno dies accrescat, quo Tropicum superat, annorum verò 393. spatio triduum integrum exoriatur, maioris facilitatis gratiâ triduum illud per tres annorum centurias distributum est.

Iulianus annus cur cæteris annis abrogatis, apud omnes propemodum populos vsu receptus est?

Quia annuum Solis curriculum quantum fieri potest proximè assequitur, & quatuor anni tempestates quas Græci ὧρας vocant, certâ lege reducit, tum ad commendandam temporum memoriam aptissimus est, ex quo fit, vt Chronologi annos menséſque Iulianos præteritarum retro rerum Historiæ adhibeant, ídque ab ipso Mundi nascentis exordio, licèt certò sciant formam illam anni, auctore Iulio Cæsare, multis demum ab orbe condito elapsis annis in vsum communem receptam fuisse, anno scilicet ante vulgarem æram 45. Vrbis à Romulo fundatæ 709. Mundi ex nostra sententia 4009. Periodi Iulianæ 4669.

Dixisti annum Solarem Tropicum esse conuersionem Solis à cardine seu puncto æquinoctij verni ad idem punctum: de sidereo quid sentis?

Annus Solaris sidereus, qui & Astricus dicitur, est Solis ad eamdem præcisè stellam fixam post duodecim menses facta reuersio.

Vter altero maior est?

Sidereus maior est Tropico.

Quid ita?

Quia sidereus dies continet 365. horas 6. minuta 9. 26″. 43‴. 30⁗. Tropicus verò continet dies 365. horas 5. 48′. 45″. ex quo fit, vt sidereus Tropicum superet minutis 20. & quartis 30. Verùm minutias istas, & fragmenta temporis leuiora satius est Astrologis Theoricæ Planetariæ studiosis, vt & pleráque alia quæ captum Tironum superant, relinquere.

Quibus ex partibus componitur Lunaris annus?

Ex 12. mensibus Synodicis, siue diebus 354. horis 8. minutis 48. secundis circiter 38.

Quomodo diuiditur mensis ad vsum anni Lunaris?

In Astronomicum & Ciuilem.

Quotuplex est mensis Astronomicus?

Duplex: Primus dicitur Periodicus, quo Luna Zodiacum totum percurrit diebus 27. horis 7. minutis 43. secundis 7. hoc est 3. ferè quadrantibus. Alter appellatus Synodicus, qui & Lunatio dicitur, quo Luna à Sole digressa eumdem denuò assequitur, prætérque orbis sui curriculum à puncto Zodiaci ad punctum alios insuper 27. gradus emetitur, quos Sol post Lunæ ab eo digressum proprio motu confecerat. Constat autem Synodicus ille mensis diebus 29. horis 12. & minutis 44. secundis 3. siue tribus quadrantibus. Vterque verò ex illis mensibus reuera anomalus est, & inæquabilis, siue modò longior, modò breuior, ob Lunaris motus anomaliam.

Quare menses ciuiles sunt inæquales, & alternis dies 29. vel 30. colligunt?

Quia singuli Lunares menses existimantur præcisè continere tantùm dies 29. & horas duodecim. (neglectis scilicet, quæ supersunt, minutiis) Hæ verò 12. horæ post duos menses elapsos in diem vnum exurgunt, qui secundo mensi additus illum altero proximè præcedenti facit vno die auctiorem. Atque inde fit vt Cauus, qui 29. habet dies præcedat, sequatur verò Plenus, qui 30. numerat dies: vterque verò dies tantùm 59. numeret non 60.

Quotuplex in vsu fuit variis in regionibus Lunaris annus?

Duplex: Primus simplex ac vagus, quo vtuntur Arabes ac Turcæ, qui sæpiùs dies numerant 354. interdum autem id est vndecies in annis 30. dies 355. túncque duo vltimi menses faciunt dies simul 60. cùm in annis communibus 59. tantùm numerent vt reliqui bini, & bini. Is verò annus nullum habet certum initium defixum in Brumæ, Veris, Æstatis, aut Autumni cardine: sed per quaslibet anni tempestates decurrit; modò incipit à nostro Ianuario, modò à Decembri, Nouembri, Octobri, & sic deinceps. Alter est fixus, siue cum anno Solari certa quadam intercalandi lege ita coniunctus, vt partes eius certis anni naturalis tempestatibus respondeant, certúmque habeat cardinem vnde semper ducat initium. Hoc vsi sunt Iudæi Græcíque veteres, eóque nos modò vtimur tum in inuestigando Paschate, tum in dirigendis per annum Festiuitatibus. Cùm enim menstruum tempus siue Lunatio vnica quotcunque vicibus repetatur, non possit accuratè quadrare cum vnâ Solis reuolutione, sumptus est ille Lunationum numerus, qui ad vnum Solarem quamproximè accederet, & tempestatum anni situm eumdem ferè retineret: Atqui 12. Lunationum tempus est anno Solari proximè minus, 13. verò proximè maius, ita tamen vt 12 propius multò ad ipsum accedat quàm 13. Nam 12. Lunationes naturales faciunt dies 354. & horas 8. cum aliquot scrupulis, tredecim verò conficiunt dies 383. horas 21. cum dimidia; ideò-

que sic ordinatus est annus vt sæpiùs 12. Lunationibus finiretur, 13. tamen complecteretur interdum quoties tempestatum situs nimium alioquin laxandus esset: & annus quidem 12. Lunationum dictus est communis, éstque ciuilis dierum 354. in quo Lunationes sunt alternis 29. vel. 30. dierum, ille autem qui 13. continet dictus est embolismicus siue intercalaris, diésque ordinariè habet 384.

His præmissis, de Cyclis Indictionis Lunæ Solísque breuiter deinceps agendum erit.

CAPVT TERTIVM.

DE INDICTIONE, EIVSQVE VSV in rebus Chronologicis.

QVID *est Indictio, cuius Cyclum primo loco proponere solemus in annis expansis Technici nostri Chronici?*

Indictio est cyclus seu reuolutio quindecim annorum à primo vsque ad decimumquintum, quo orbe peracto reditur ad vnitatem. Siue, vt definit Scaliger, est systema trium lustrorum quinquennalium, qui sunt anni quindecim.

Quotuplex est Indictio?

Triplex: I. Constantinopolitana, quæ cum anno vulgari Græcorum ac Ruthenorum exorditur à Kalendis Septembris. II. Imperatoria siue Cæsarea, quæ à XXIV. die Septembris, siue ab VIII. Kalendas Octobris initium ducit. III. Denique Pontificia seu Romana, cuius primordia in Bullis Romanorum Pontificum repetuntur ab ipsis Kalendis Ianuariis. Quæ quidem Indictionum initia obseruasse studiosius plurimum conferet iis qui in legendis examinandísque Veterum Historicorum, diplomatum, chartarum, instrumentorúmque monumentis versantur.

Quibus nominibus apud Græcos appellatur Indictio?

Alij Ἰνδίκτους, alij Ἰνδικτιῶνας, quidam πεντεκαιδεκαετηρίδα, Euagrius, Zonaras, & alij κύκλον τῆς νεμήσεως ἢ ἐπινέμησιν τοῦ κύκλου. Ridiculum verò est quod Cedrenus, & quidam alij Græci Indictionem dictam velint ab Actiaca victoria ὡς ἐν Ἀκτίῳ. In Actio scilicet promontorio ab Augusto reportata aduersus M. Antonium Triumuirum & Cleopatram.

Quam ob causam primùm institutæ sunt Indictiones?

Passim omnes docent ob annonæ, & tributorum pensitationem factum id esse, eorúmque canonem quotannis indici solitum. Sunt quoque qui primo vnius Indictionis lustro siue quinquennio indictum anni tributum; secundo argentum, tertio denique æs exactum scribant: quod falsis principiis innixum repudiatur à prudentioribus Chronologis.

Quis primùm mentionem fecit Indictionis in consignandis temporibus?

Hoc certum ante Constantini Magni filiorúmque eius tempora nullum Scriptorem siue Christianum siue Ethnicum Indictionis meminisse. Primus quod meminerim S. Athanasius in libro de Synodis Arianorum conuenticulum Antio-

chiæ factum fuisse scribit in Encæniis ὑπατεία Μαρκελλίνου καὶ Προβίνου Ἰνδικτιῶνος ιδʹ. Nec video cur nonnullis suspecta, atque à recentioribus exscriptoribus inculcata temerè dicatur Indictionis illius XIV. mentio. S. Ambrosius Mediolanensis Episc. epistola LXXXIII. anno Christi exeunte 386. missa ad Episcopos Æmiliæ: Mensis (Paschalis) inquit, & primus est secundùm Ægyptiorum prouentus, & primus est secundum Legem, & octauus est secundùm consuetudinem NOSTRAM. Indictio enim Septembri mense incipit. Nostram verò, quantum coniicio, dicit, Hoc est Ecclesiasticam in digerendis Paschalibus vsurpari solitam; neque enim Romani Mediolanenses aliive in Occidente annos à Septembri mense inchoabant. Crebra deinde Indictionis mentio in legibus Imperatorum Honorij, Theodosij Iunioris, & consequentium, vt ex Codicibus Theodosiano & Iustinianæo constat, in Concilio Chalcedonensi aliisque, in Chronico Marcellini Comitis, in Cyclis Dionysij Exigui, *&c.*

Quis primus Indictiones in Romanum orbem induxit?

Quidam ab ipso C. Iulij Cæsaris Imperio vnà cum Antiochena æra Indictionum statuunt initium, ita Chronici Alexandrini Auctor multis mendis infectus: alij cum S. Maximo Monacho Indictionum auctorem volunt fuisse Augustum Cæsarem, nonnemo Hadrianum, delusus vt plerique alij auctoritate Anonymi Olympiadum Collectoris, qui non est alius ab ipso Iosepho Scaligero, cuius etiam stylo & audacibus coniecturis multas debemus Eusebij Græci periochas: longè plures Constantinum Magnum, à quibus non recedit Onuphrius, licet idem ex adulterino nescio quo canone adiungat à Patribus Nicæni Concilij anno 325. in Bithynia celebrati præceptum fuisse, vt abrogatis Olympiadum annis, singulis Episcoporum diplomatibus anni, menses, & dies, ac quota sit Indictio addatur. Caluisius verò decreto Imperatoris Constantini iussum fuisse scribit, vt Iurisperiti in instrumentis conficiendis, & aliis rebus consignandis Indictione perpetuò vterentur: verùm hæc aut falsa aut saltem suspecta ac dubia meritò videntur eruditis viris, quos consule.

Quo die quóve anno Constantinus Indictionem inchoandam instituit?

In Septembris die 24. anno Christianæ æræ vertente 312. primæ Indictionis caput collocant omnes, quo die de Maxentio Tyranno ad Pontem Miluium profligato ac demerso insignem retulit victoriam salutari sanctæ Crucis signo munitus Constantinus, Romanam vrbem graui ereptam iugo liberauit, ac Senatum Populúmque Romanum auctoritati pristinæ dignitatíque restituit. Vir quidam eruditus qui de Computo Ecclesiastico opusculum scripsit ante aliquot annos, Indictiones contendit successisse Ludis Sæcularibus, ibíque eas inchoandas docet, vbi illi desinunt, scilicet Constantino Magno III. & Licinio III. Consulibus, quod ex Zosimi libro II. confirmare aggreditur, vbi à Consulatu Chilonis, & Libonis, quo Seuerus ludos sæculares exhibuit, vsque ad Diocletiani IX. & Maximiani VIII Consulatum, numerantur anni centum & vnus, ad dictum verò Consulatum Constantini ac Licinij tempus 115. annorum integrum adfuisse scribit, quo iam ludos consueto more celebratos oportuit. Certè ad annum 1. Olympiadis 273. in Chronico Alexandrino adscripta hæc leguntur. Ἰνδικτιώνων Κωνσταντινιανῶν ἐντεῦθεν ἀρχή. Hîc incipiunt Indictiones Constantinianæ. Verùm de his pluribus disputare non est nostri instituti. Plura leges apud Petauium, & quosdam alios recentiores.

Quis vsus Indictionum in Chronologia?

Sanè maximus, Infiniti enim difficilésque nodi eius ope explicantur, idémque præstare dicitur in annorum orbita, quod gnomon vel stilus in orbe horologij ad designandas horas. Exempla passim obuia occurrunt ab anno circiter 240.

ad 1200. in nostro Technico Chronico, quæ non operæ pretium hîc sigillatim proponere. Hoc tantum moneo nonnunquam solam reperiri, nonnumquam annis Regum Consulúmque paribus aut Feriis hebdomadariis, festisve siue mobilibus siue immobilibus, vt vocant, illigatam, atque ex ea quandóque illapsos in feriæ dierúmque festorum notas errores aut vicissim emendari posse ac debere.

Quæ demum ratio inueniendæ Indictionis?

Si Chronico nostro Technico similibúsque libris Chronologicis, qui eam cæteris Periodi Iulianæ cyclis adiungunt careas, hac arte vtere: Annis æræ Christianæ addendi sunt tres, tum numerus collectus per 15. est diuidendus: ex qua diuisione residuus numerus Indictionem illius anni designabit, aut si nihil residuum sit, ipse erit annus 15. Facillima quoque methodo eandem in Periodo Iuliana deprehendes, si annum quemlibet illius per 15. diuidas; aut in Tabellam proximam oculos conieceris, cui ob similitudinem subiungam suo loco duas alias de Cyclis Solis ac Lunæ in eadem Periodo Iuliana inuestigandis.

TABVLA INDICTIONVM
IN PERIODO IVLIANA.

In Annis expansis.

1.	16.	31.	46.	61.	76.	91.
2.	17.	32.	47.	62.	77.	92.
3.	18.	33.	48.	63.	78.	93.
4.	19.	34.	49.	64.	79.	94.
5.	20.	35.	50.	65.	80.	95.
6.	21.	36.	51.	66.	81.	96.
7.	22.	37.	52.	67.	82.	97.
8.	23.	38.	53.	68.	83.	98.
9.	24.	39.	54.	69.	84.	99.
10.	25.	40.	55.	70.	85.	100.
11.	26.	41.	56.	71.	86.	
12.	27.	42.	57.	72.	87.	
13.	28.	43.	58.	73.	88.	
14.	29.	44.	59.	74.	89.	
15.	30.	45.	60.	75.	90.	

In Annis collectis.

10	100. 400. 700. 1000. 1300. 1600. 1900. 2200. 2500. 2800. 3100. 3400. 3700. 4000. 4300. 4600. 4900. 5200. 5500. 5800. 6100. 6400. 6700. 7000. 7300. 7600. 7900.
5	200. 500. 800. 1100. 1400. 1700. 2000. 2300. 2600. 2900. 3200. 3500. 3800. 4100. 4400. 4700. 5000. 5300. 5600. 5900. 6200. 6500. 6800. 7100. 7400. 7700.
15	300. 600. 900. 1200. 1500. 1800. 2100. 2400. 2700. 3000. 3300. 3600. 3900. 4200. 4500. 4800. 5100. 5400. 5700. 6000. 6300. 6600. 6900. 7200. 7500. 7800.

CAPVT QVARTVM.

DE CYCLO SOLIS, SIVE LITERARVM Dominicalium, eiusque vsu in Chronologicis.

QVID *est cyclus Solis, seu Literarum Dominicalium?*

Est Periodus siue reuolutio 28. annorum, quibus confectis idem Literarum Dominicalium (quas nonnulli etiam Feriales non inscitè appellant) ordo reuertitur ad Dominicum, & consequenter alios hebdomadæ dies indicandos.

Quare annus v. g. præsens 1655. non inchoatur eodem hebdomadis die ac præcedens 1654.

Quia dies 365. ex quibus componitur vulgaris annus Solaris, per septem diuisi conficiunt 52. hebdomadas, & vnum diem superfluum. Vnde fit vt vltimus non secus atque primus illius anni 1654. dies in eamdem hebdomadis diem, nimirum feriam quintam cadat, adeóque Kalendæ Ianuarij seu primus dies anni 1655. feriam sextam, quam Parasceuem Iudæi, prophani scriptores diem Veneris vocant necessariò occupet.

Quare primus anni dies intra septennium singulas hebdomadis ferias vnam post alteram consequenter non occupat, sed aliquæ identidem transiliuntur?

Obstat annus Bissextilis, qui cùm tribus proximè elapsis vno die sit auctior, non in eandem, vnde cœptus est, feriam desinit, sed in proximè sequentem adeóque Kalendas Ianuarij consequentis differt in feriam vnâ remotiorem v. g. annus Bissextilis 1656. Litera Dominicalis B A. præditus initium ducet à sabbato, definétque non in sabbatum sed in Dominicam ideóque annus 1657. non à Dominica sed à feria secunda seu die Lunæ inchoabitur.

Si nullus Bissextilis annus intercurreret, quot annis absolueretur hebdomadarius ille orbis?

Annis omnino septem, post quos primus anni dies, qui cœperat à Dominicâ v. g. seu prima feriâ, idem decursis singulis feriis, ac sabbato ad eandem Dominicam reuerteretur, & ab eâ rursus inciperet. Sícque contingit in anno Ægyptiaco vago diebus tantùm 365. constante: at in Iulianis annis, opus est 7. quadrienniis, siue annis 28. vt eadem Literarum series redeat, vt seq. quæsito planum fiet.

Quot ergo elapsis annis ad idem anni nascentis caput eundémque Dominicalium Literarum ordinem reuertimur?

Elabi debent quater septem seu 28. anni, vt patet ex septem Literis Dominicalibus, quæ in hoc Solis cyclo numerari debent ordine retrogrado ductis ab anno Bissextili (cui, vt vel pueri sciunt, duplex semper competit Litera Dominicalis, quarum prima est in vsu à Kalendis Ianuarij ad finem vsque Februarij, altera verò à 24. Februarij, vsque ad anni exitum) primordiis hoc pacto.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12
GF, E, D, C. | BA, G, F, E. | DC, B, A, G. |
13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23 24
FE, D, C, B. | AG, F, E, D. | CB, A, G, F. |
25 26 27 28.
ED, C, B, A. |

Idem quoque disces ex hoc versu quinquies repetito.

1 2 3 4 5
Gaudet Francus, Equo, Dacus, Cane, | Barbarus Arcu,
6 7 8 9 10 11
Gaudet, Francus, Equo, | Dacus Cane, Barbarus Arcu,
12 13 14 15 16 17
Gaudet, | Francus Equo, Dacus, Cane, Barbarus, | Arcu,
17 18 19 20 21 22
Gaudet, Francus, Equo, Dacus, | Cane Barbarus, Arcu,
23 24 25 26 27 28
Gaudet, Francus, | Equo Dacus, Cane, Barbarus Arcu.

Quomodo ex cyclo Solis cognoscitur Dominicalis Litera?

Sume alterutram ex superioribus Tabellis res erit clarissima v. g. cyclus Solaris huius anni 1655. est 12. ergo Litera Dominicalis est G. Cyclus Solis anni 1656. est 13. ergo duplex Dominicalis Litera F E. ideóque ipse annus Bissextilis, ac prima quidem Litera F, notabit Dominicas vsque ad diem 24. Februarij seu bis sexto Kalendas Martij, altera verò E. reliquas vsque ad finem anni. Scies igitur quanam Dominicali Literâ præditus sit quicumque datus annus, si quotus in eum Cycli Solaris annus incidat, cognoueris. Nos verò ut Tironum operæ parceremus ne in inquirendis cyclis ac Paschali festo tempus tererent, aut à scopo, præscriptísque regulis aberrarent, & ipsos tres cyclos Indictionum, Lunæ, solisque & diem Paschalem singulis annis adscripsimus.

Quâ methodo ex cognita Dominicali literâ singulorum dierum ferias cognoscam v. g. in quam hebdomadis feriam cadet anno 1655. dies Decollationis S. Ioannis Baptistæ seu dies 29. Augusti?

Ex cyclo Solari huius anni 1655. nimirum 12. elicio huius anni Literam Dominicalem esse G. tum ad Kalendarium Romanum, siue Gregorianum, siue Iulianum propero, & in extremis Augusti mensis versibus quæro diem 29 Augusti ipsique respondentem animaduerto Literam C, quæ cum post G. Literam Dominicalem adscriptam diei Augusti 26. sit ordine quarta ostendit diem 29. Augusti S. Ioanni Baptistæ sacrum anno hoc 1655. incurrere in feriam 4. seu diem Mercurij. Eadem methodo intelliges quam in hebdomadis feriam incurrerit, quicumque assignatus Romani mensis, siue anni dies: v. g. qua feria Clodoueus baptizatus sit, mortuus Carolus Magnus, natus Ludouicus XIV. &c. modò diem mensis atque annum ex Historicorum fide vel aliunde exploratum habueris. Cùm enim in Kalendario præfigi solito precibus Horariis, Missali, Breuiario, Diurnali, similibúsque ad singulos totius anni dies sua sit adnotata litera Index, quota quæque erit ab ea litera quæ eo anno vice Dominicalis literæ fungitur, talis ea feria censebitur, Lunæ v. g. si secunda sit post Dominicalem, Martis si tertia, & sic deinceps.

TABVLA

TABVLA CYCLI SOLARIS IN PERIODO IVLIANA.

In Annis expansis.

GF.	1.	29.	57.	85.
E.	2.	30.	58.	86.
D.	3.	31.	59.	87.
C.	4.	32.	60.	88.
BA.	5.	33.	61.	89.
G.	6.	34.	62.	90.
F.	7.	35.	63.	91.
E.	8.	36.	64.	92.
DC.	9.	37.	65.	93.
B.	10.	38.	66.	94.
A.	11.	39.	67.	95.
G.	12.	40.	68.	96.
FE.	13.	41.	69.	97.
D.	14.	42.	70.	98.
C.	15.	43.	71.	99.
B.	16.	44.	72.	100.
AG.	17.	45.	73.	
F.	18.	46.	74.	
E.	19.	47.	75.	
D.	20.	48.	76.	
CB.	21.	49.	77.	
A.	22.	50.	78.	
G.	23.	51.	79.	
F.	24.	52.	80.	
FD.	25.	53.	81.	
G.	26.	54.	82.	
B.	27.	55.	83.	
A.	28.	56.	84.	

In Annis collectis.

B.	16.	100. 800. 1500. 2200. 2900. 3600. 4300. 5000. 5700. 6400. 7100. 7800.
C.	4.	200. 900. 1600. 2300. 3000. 3700. 4400. 5100. 5800. 6500. 7200. 7900.
D.	20.	300. 1000. 1700. 2400. 3100. 3800. 4500. 5200. 5900. 6600. 7300.
E.	8.	400. 1100. 1800. 2500. 3200. 3900. 4600. 5300. 6000. 6700. 7400.
F.	24.	500. 1200. 1900. 2600. 3300. 4000. 4700. 4200. 5400. 6100. 6800. 7500.
G.	12.	600. 1300. 2000. 2700. 3400. 4100. 4800. 5500. 6200. 6900. 7600.
A.	28.	700. 1400. 2100. 2800. 3500. 4200. 4900. 5600. 6300. 7000. 7700.

De Iuliano Cyclo Solari dixisti: explica nunc quis sit Gregorianus?

Est Periodus annorum 400, qua euoluta, & non ante, post reformationem Gregorianam redit eadem omnino Literarum Dominicalium series. In hac verò Periodo quæ eo fine constituta est, vt ciuiles anni Solares cum naturalibus concilientur accuratiùs quàm ferebat Iuliana ordinatio, tres priores centesimi Bissextiles non sunt vt deberent esse in anni Iuliani vsitata methodo; atque ita cùm

anni 400. Iuliani faciant dies 146100. totidem Gregoriani faciunt ſolum 146097. quot ſcilicet præciſè faciunt 400. anni Solares naturales Gregoriani, quorum quilibet conſtat diebus 365. horis 5. & min. 49 $\frac{1}{5}$. Hanc enim anni Solaris naturalis quantitatem aſſumpſit Gregorius XIII. proximam Alfonſinæ (quatuor enim ſolum ſecundis ab ea deficit, & mediam inter extremas Ptolemæi atque Albategnij, huic tamen aliquanto viciniorem. Prima Periodus Gregoriana cœpit anno 1601. & in 2000. terminabitur. Itaque anni 1700. 1800. 1900. qui ſunt tres priores iſtius centeſimi non erunt Biſſextiles; at 2000. qui eſt quatercenteſimus erit Biſſextilis, vt in forma Iuliana. Similiter anni 2100. 2200. 2300. qui ſunt tres priores centeſimi ſecundæ Periodi Biſſextiles non erunt: at quartus id eſt 2400. Biſſextilis erit, & ſic deinceps. Ideò verò in qualibet tetracoſieteride eximuntur tres Biſſexti Iuliani, vt retineatur in ſua ſede æquinoctium vernum, quod alioquin paulatim progrederetur verſus anni principium. Certè vt docemus poſtea ab anno Chriſti 325. quo celebratum eſt Nicænum Concilium ad annum 1582. quo facta eſt Calendarij reformatio, per annos ferè 1300. retroceſſerat iam decem integris annis à die Martij 21. ad eiuſdem vndecimum.

CAPVT QVINTVM.

DE CYCLO LVNÆ, SIVE AVREO numero & Epactis, earúmque vſu in Chronologia.

QVORSVM poſt vſurpatas à Veteribus Græcis διετηρίδα, quæ etiam nonnumquam τριετηρὶς dicitur, τετραετηρίδα & ὀκταετηρίδα, tandem à Metone Aſtronomo Pauſaniæ filio excogitata eſt ἐννεαδεκαετηρὶς, ſeu cyclus Decemnoualis?

Vt Periodus aliqua ſeu certus annorum numerus haberetur, quo euoluto Solis & Lunæ ab eodem puncto ad idem punctum fieret reuerſio, ſiue, quod eodem recidit, vt Neomeniæ ad idem ferè principium, vnde erant profectæ, redirent. Quod poſt 19. annos contingere arbitratus eſt Meton, qui anno Vrbis conditæ 321. Olymp. LXXXVI. 4. florebat Athenis paullo ante initium Belli Peloponneſiaci.

Quibus ex partibus conſtat Cyclus ille Decemnoualis?

Ex duabus: Nimirum ex 19. Lunaribus annis, qui menſes numerant 228. hoc eſt dies 6732. horas 23. minuta 24. ſecunda 5. necnon ex ſeptem emboliſmicis menſibus per certa tempora intercalari ſolitis, qui dies conficiunt 206. horas 17. minuta 8. & ſecunda 22. Quæ duæ ſummæ, ex quibus conſtat decemnoualis illa Periodus, in vnam collectæ conſtituunt menſes Lunares 235. dies 6939. horas 16. minuta 32. & ſecunda ferè 27.

Fitne præciſa æquatio motuum Solis ac Lunæ per Cyclum Decemnoualem?

Nequaquam: cùm enim 19. Solares anni Iuliani conſtent 6939 diebus & horis 18. apertum eſt cyclum Decemnouennalem, cuius dies ſuperiori reſponſo numerauimus, minorem eſſe 19. Iulianis hora vna, minutis 27. & ſecundis 32. adeóque Lunam poſt 19. annos expletos non præciſè ad idem cum Sole punctum reuerti, ſed illud anteuertere hora vnâ minutis 27. & ſecundis 32.

Quænam ex neglecto hocce discrimine labes irrepsit in Nouiluniorum Pleniluniorúmque calculos?

Tanta, vt anno 1582. quo fuit emendatum Kalendarium iussu Gregorij XIII. deprehensa sit Luna à tempore Magnæ Nicænæ Synodi spatio annorum 1257. antecessisse toto ferè quatriduo iustos cardines, vt pluribus paullò post exponemus.

Interim explica, quid sit Aureus numerus, qui in Kalendariis ante Gregorianam emendationem visebatur, quóque etiamnum vtuntur populi plerique Boreales?

Nihil aliud intelligitur nomine Aurei numeri, quàm certus character, siue nota, quæ Neomenias, hoc est primos mensis cuiusque Lunaris dies, designat in Cyclo Decemnouennali, quem etiam Aureum Numerum appellant ipsi Computorum artifices. Primo cycli illius anno apposita vnitate ad singulos mensium dies, in quos Neomeniæ cadere existimantur: Secundo anno adhibitâ binarij nota, seu duabus vnitatibus iis mensium diebus quibus Neomeniæ contingerent: Tertio tribus adscriptis vnitatibus, & sic deinceps per nouemdecim progrediebantur annos, quibus euolutis ad eadem omnino capita eosdémque mensium dies singulas redire Neomenias putabant.

Quare dictus est Numerus ille Aureus?

Vel quod nonnunquam in Kalendariis aureo exararetur charactere, vel certè ob vtilitatem facilitatémque maximam in inueniendis Neomeniis.

Vnde ergo Aureus numerus dicitur vulgò corrupisse Romanum Calendarium?

Quia, vt paullò ante docui, post nouemdecim annos non redeunt ambo sidera, Sol scilicet & Luna, ad eadem præcisè cæli puncta, vnde discesserant: sed Lunæ celerior est horæ circiter spatio, quàm Solis reditus.

Vnde verò habes celeriorem esse Lunæ quàm Solis reditum spatio vnius circiter horæ?

Quia anni 19. Solares cum septem suis embolismicis mensibus dies 6939. horas 16. minuta 32. secunda 26. tertia 29. colligunt; vnde liquidò patet post vnum decemnoualem siue aurei numeri circulum anticipationem cursus Lunaris supra Solarem esse vnius horæ, minutorum 27. secundorum 33. & tertiorum 21.

Repete sis, fusiúsque edissere, quæ quantáve labes ex illa vnius horæ anticipatione in Calendarium Romanum inuecta sit?

Tanta sanè, vt post elapsos à Nicæna Synodo 313. annos & dies 25. horásque 17. solidus integérque dies: deinde post annos 1257. (qui decemnouales cyclos, seu Aureorum numerorum Periodos constituunt 66. & aliquod amplius) quatuor dies à vero Verni Æquinoctij cardine fuerint anticipati: vnde factum est vt Paschales termini à Patribus Concilij Nicæni defixi in die 21. Martij retrò paulatim fluxerint, & tandem quatriduo ferè illum 21. Martij diem anticipatint, atque in assignandâ Lunæ ætate Nouilunia quatriduo, antequam contingerent, numerarentur. Qui etiam modò defectus viget apud Aquilonares Hæreticos, qui Gregorianæ Correctioni manus dare noluerunt.

Quare ergo in Calendario Iuliano seruantur adhuc aurei illi numeri, qui licèt ab anno Christi 300. ad 400. hoc est quarto Æræ Christianæ

sæculo Lunam primam exactè cælóque congruenter signabant, nostro tamen æuo Lunam quintam indicant?

Duas affert causas Mullerius. Prima est, quòd apud Boreales Hæreticos Aurei illi numeri certis diebus in Kalendario de more affixi deseruiant in methodo Paschali ad indagandum Lunæ primum diem, qui nobis est quintus; Quare monet demendos dies 4. vt habeatur verus nouiluniј dies, & adiiciendos esse decem dies, vt occurrat Plenilunium: vt si diei 17. Aprilis appositus sit Aureus numerus v. g. XV. inferendum erit nouam Lunam congruere 13. Aprilis, & Lunam plenam 27. eiusdem mensis. Altera est, vt consulatur venerandæ antiquitatis studiosis, & mediæ ætatis Annalibus, qui inter alios characteres Lunæ ætatem adnumerant, ex hoc cyclo petitam, nec raro memorant Lunæ eclipsim à se visam Luna 12. vel 13. & Solem defecisse Luna 26. vel 27. quæ temporis notatio veritate consentanea non esset, nisi Lunæ ætatem ex vetere cyclo supputemus. Sic in Sigeberti supplemento Aquicinctino: *Anno Verbi Incarnati* MCLXXXI. *Indictione* 14. *Luna* 13. *die* 2. *Martij*, *id est feria* 2. *Dominica* 11. *Quadragesimæ iacta sunt fundamenta*, &c. Isto anno 1181. cyclus Lunæ erat 4. Luna 1. die 18. Februarij & Luna 13. die 2. Martij. Eadem est ratio cæterorum huiusmodi characterum.

Quid modò successit in locum Aurei numeri, in designandis Neomeniis post Calendarij reformationem?

Epactales numeri 30. in Kalendario Gregoriano retrogrado ordine dispositi.

Quis auctor subrogandorum Epactalium illorum numerorum in locum Aurei numeri, qui in Calendario Iuliano adscriptus etiamnum apud Hæreticos reperitur?

Aloysius Gyraldus inuenit, perpoliuit verò noster Christophorus Clauius Mathematicorum sui temporis Princeps, qui contra Iosephum Scaligerum, Mæstlinum, Vietam, similesque aduersarios, & post eum aduersus Caluisium, & quosdam alios eiusdem commatis Astronomos Paulus Guldin, & Dionysius Petauius ex eadem Societate viri doctissimi eandem illam Methodum validè propugnarunt. Nuper quoque vir eruditissimus Petrus Gassendus illam in Calendario Romano clarissimè exposuit.

Vnde fluxit vox ista Epacta?

Ex Græcis, apud quos ἐπακταὶ ἡμέραι significant adscititios seu appendicis vice additos dies.

Quid verò intelligis per Epactas, seu in numero singulari Epactam, vt vulgò nominatur?

Epacta nihil aliud est, quàm numerus dierum, quibus annus Solaris dierum 365. superat annum Lunarem diebus tantùm 354. constantem.

Quot sunt dies illi?

Vndecim, ex quo fit, vt Epacta primi anni sit vndecim, adeóque secundo anno Nouilunia contingant vndecim diebus prius quàm anno primo.

Cur Epacta secundi anni dicitur esse 22.

Quia cùm secundo anno rursùm annus Solaris Lunarem superet vndecim diebus, illi vndecim dies additi ad dies vndecim anni primi efficiunt 22. proindè

que finito hoc secundo anno Nouilunia contingere debent priùs 22. diebus quàm primo anno.

Quare Epacta tertij anni dicitur esse tria?

Quia si rursus vndecim dies ad 22. adiiciantur efficietur, numerus 33. à quo si reiiciantur 30. dies quot vnam lunationem embolismalem constituunt, relinquentur tria.

Quid deinceps agendum in inueniendis Epactis annorum 4. 5. 6. &c.

Idem quod priùs: progrediuntur enim Epactæ omnes per continuum augmentum vndecim dierum, abiectis tamen 30. quando abiici possunt.

Estne aliquando addendus numerus 12. *loci numeri vndecimi?*

Ita sanè: tunc scilicet cùm peruentum fuerit ad vltimam Epactam aureo numero 19. respondentem, quæ est 29. Hoc verò ideo fit, vt additis 12. ad 29. componatur numerus 41. ex quo abiectis 30. rursus habeatur epacta vndecim, vt in principio. Idem dicendum post reformationem Gregorianam Kalendarij, si epacta respondens aureo numero 19. sit 19. vt additis 12. habeas 31. vnde reiectis 30. supersit vnitatis nota, &c.

Vltima Lunatio embolismica currente aureo numero 19. *estne* 30. *dierum?*

Nequaquam: Sed tantum 29. quia si 30. dies contineret, vt aliæ Lunationes embolismicæ, non redirent Nouilunia post 19. annos Solares ad eosdem dies, sed versus Kalendas mensium prolaberentur, contingeréntque vno die tardiùs, quàm ante 19. annos.

Cyclus Epactarum ante Calendarij correctionem quot numerabat annos?

Totidem quot numeros aureos, hoc est 19. Nunc verò loco Aurei numeri & 19. correspondentium ipsi Epactarum vtendum est 30. numeris Epactalibus ab vno vsque ad 30. ordine progrediendo, quamuis hæc vltima Epacta, non chifrâ, seu numero aliquo, sed asterismo dumtaxat notetur.

Quæ necessitas intercalandi septem illas Lunationes embolismales intra spatium 19. *annorum, siue in singulis cyclis decemnoualibus?*

Maxima: cùm enim ciuilis annus Lunaris Astronomico Solari minor sit vndecim diebus, atque illi vndecim dies post singula triennia vnam in summam collecti 30. dies expleant, necesse fuit mensem vnum præter 12. communes identidem adiungere seu intercalare (qui mensis dicitur Lunatio embolismica) ac primum quidem tertio anno Decemnoualis cycli, secundum sexto, tertium nono, quartum vndecimo, quintum decimoquarto, sextum decimoseptimo, septimum denique decimonono, qui, vt diximus, non est plenus seu 30. dierum, vt alij, sed cauus est mensis, hoc est 29. tantùm colligit dies.

Cur in Emendatione Gregorianâ tres tantùm expuncti sunt dies, cùm tamen docuerimus à tempore Nicænæ Synodi factam fuisse integri ferè quatridui in Lunari cursu anticipationem?

Id consultò factum esse scias, vt ritè ac solemni more Paschalis solemnitas celebraretur, in quo cauendum est sedulò, ne ante plenilunium medium, siue ipsâ 13. aut 14. Lunâ Pascha celebretur vnà cum Iudæis, & Quartadecimanis Hæreticis.

Non statueram plura de Epactis annotare: verùm cùm nudius tertius inciderim in doctissimi Mathematici P. Ioannis De Riennes scripta quædam Flexiæ ante aliquot annos dictata, placuit ad maiorem doctrinæ huius intelligentiam nonnullas propositiones ex iis, quanta fieri poterit breuitate ac perspicuitate excerpere, omissis versibus Technicis ingeniosissimis, & quibusdam minus ad nostrum institutum necessariis. Eâ tamen lege breuiatoris partes suscepi, vt mihi fas esse putauerim interpolare, nonnulla addere, & in commodiorem ordinem tantisper commutare.

Dato aureo numero anni cuiusuis eiusdem Epactam vulgarem, atque etiam per totum hoc sæculum propriam inuenire.

Obserua I. Epactam numerum esse collectum ex continua additione dierum 11. quibus Solaris annus communis communem Lunarem excedit (quippe ille dies habet 365. iste solùm 354.) abiecta integra Lunatione dierum 30. quoties fieri potest. Obserua II. Epactam propriam illam dici, quâ immediatè vtimur ad ætatem Lunæ, ad Nouilunia, ad Festa mobilia, & similia inuestiganda. Vulgarem verò dici, vniuersalem quandam Epactam, cuius beneficio propriam assequimur. Obserua III. Vulgarem Epactam eamdem fuisse cum propria immediatè ante reformationem, & futuram etiamnum eamdem, nisi facta fuisset dicta reformatio. His positis, sequitur praxis. Cyclum Lunæ siue Aureum numerum datum adde eiusdem decuplo, & summam diuide per 30. & residuum diuisionis erit Epacta vulgaris. Ex hoc tolle 10. si potes, alioquin adde illi 20. & habebis propriam per totum hoc sæculum. Est autem numeri cuiusuis decuplum ipsemet numerus cyfra vna ad dextram præfixa auctus. Ex. c. si detur aureus numerus 13. ad 130. adde 13. & summam 143. diuide per 30. & residuum 23. erit Epacta vulgaris. Ex hac tolle 10 & restabit propria 13. Si verò detur aureus numerus 14 ad 140. adde 14. & summam 154. diuide per 30. & residuum 4. erit Epacta vulgaris: huic adde 20. & habebis 24 pro Epacta propria illius anni.

Anticipationem Lunæ pro dato sæculo siue Christi siue Periodi Iulianæ inuenire.

Obserua I. vt inueniatur Epacta propria vniuersaliter, id est in quocumque sæculo prænosse oportere ante reformationem Gregorij Papæ anticipationem Lunæ pro toto aliquo sæculo, post eam verò insuper habendum esse numerum dierum exemptilium. Obserua II. Nouilunia post annos 300. & aliquanto ampliùs non redire in eosdem anni dies, posito eodem aureo numero in quos cadebant prius, sed vnumquodque cadere in diem proximè præcedentem, seu sedem vno die anticipare. Ex. c. cum aureo numero currente 13. anno huius sæculi 46. Nouilunium factum indicetur die 18. Martij, post annos circiter 300. puta anno Christi 1950. currente rursus aureo numero 13. Nouilunium in 17. Martij, *&c.* Obserua III. illud, aliquanto amplius, importare annos 12. cum dimidio, siue quod idem est, ad vnum diem anticipationis requiri annos 312. ita vt annis 2500. fiat anticipatio dierum 8. & annis 10000. dierum 32. His positis, sequitur praxis I. in annis Christi: Numerum centenarium Christi auctum septenario diuide per 25. & deinde residuum huius diuisionis diuide per 3. iam octuplo prioris quotientis adde posteriorem, & summa binario mulctata erit Lunæ anticipatio in annis Christi. Ex. c. quæratur Lunæ anticipatio ab anno Christi 400. ad 4100 seu toto sæculo 41. diuide 47. per 25. & quotiens erit 1. residuum vero 22. quo diuiso per 3. erit quotiens 7. quem adde ad 8 octuplum scilicet prioris, & summa erit 15. vnde concludes binario dempto anticipationem quæsitam esse annorum 13. II. in annis huiusce Periodi Iulianæ idem præstandum quod in Centenariis Christi, nisi quod centenarij augendi sunt non septenario sed denario, & summa ex posteriore quotiente, & prioris octuplo collecta minui debet non binario solùm sed ternario.

Ex. c. quæratur anticipatio Lunæ ab anno Periodi Iulianæ 6700. ad 6800. diuide 77. per 25. & quotiens erit 3. residuum verò 2. quo diuiso per 3. quotiens nullus erit numerus integer. sumes igitur solum octuplum prioris, id est 24. & concludes anticipationem quæsitam esse dierum 21. Notandum verò quòd licet interdum quotiens posterioris diuisionis videatur esse 8. quando scilicet prioris residuum fuit 24. numquam tamen sumi debet maior quàm 17.

Numerum dierum exemptilium pro dato sæculo siue Periodi Iulianæ siue Christi inuenire.

Obserua præter 10. dies in Gregoriana reformatione simul & semel exemptos ex anno 1582. cautum esse vt deinceps in singulis cyclis 400. annorum (quorum primus cœpit anno 1601. seu Periodi Iulianæ 6314.) tres eximantur Bissexti de vsitatis in modo anni Iuliani, nempe primo, secundo, & tertio centesimo completis. Hoc posito sequitur praxis I. in annis Periodi Iulianæ: Numerum centenariorum auctum vnitate diuide per 4. & quotientem atque insuper 38. subtrahe ex numero diuiso, & residuum erit numerus dierum exemptilium quæsitus. Ex. c. quæratur numerus dierum exemptilium ab anno Periodi Iulianæ 6700. ad 6800. hoc est in 67. sæculo, diuide 67. auctum vnitate, id est 68. per 4. & quotientem 17. atque insuper 38. hoc est omnino 55. tolle ex 68. & residuum 13. erit numerus dierum exemptilium quæsitus. II. in centenariis siue sæculis Christi idem præstandum nisi quod non 38. sed tantum 2. cum quotiente tolluntur ex numero diuiso, & numerus centenariorum nihilo est augendus. Ex. c. quærantur dies exemptiles ab anno Christi 4000. ad 4100. hoc est per totum sæculum 40. diuide per 4. 40. & quotientem 10. insupérque 2. hoc est omnino 12. tolle ex 40. & residuum 28. erit numerus dierum exemptilium quæsitus.

Dati, cuiusuis anni siue Christi, siue Periodi Iulianæ Gregorianam reformationem antecedentis Epacta vulgari, & Lunæ anticipatione propriam Epactam inuenire.

In annis Per. Iul. Anticipationis complementum (ad 30. scilicet) auctum 20. tolle ex data Epacta vulgari (additis ad hanc 30. aut etiam 60. si opus erit) & residuum erit propria Epacta quæsita. Ex. c. anni Per. Iul. 5038. data sit Epacta vulgaris 3. & anticipatio 16. cuius complementum est 14. Igitur summam ex 14. & 20. id est 34. tolle ex 63. (additis 60. ad Epactam 3.) & residuum 29. erit illius anni propria Epacta quæsita. Idem præstandum in annis Christi, nisi quod anticipationis complementum non vicenario sed quinario tantum augeri debeat. Ex. c. anni Christi 532. data sit Epacta vulgaris 11. & anticipatio 11. huius complementum est 28. Igitur summam ex 28. & 5. id est 33. tolle ex 41. (additis 30. ad Epactam 11.) & residuum 8. erit Epacta propria quæsita. Obserua I. Nicænam Epactam propriam (sic appellatur illa qua vtimur toto tempore Gregorianam reformationem præcedente ad festa mobilia inuenienda) haberi ex vulgari subtrahendo 3. sic anno Christi 325. ex Epacta vulgari 3. demptis 3. restat 0. pro Epacta Nicæna illius anni. Similiter anno 1582. ex Epacta vulgari 6. demptis 3. restant 3. pro Nicæna illius anni. Obserua II. Reformationem Gregorianam cœpisse anno Christi 1582. Periodi Iulianæ 6295. Romæ & aliquot aliis locis die proximè sequente quartum Octobris, qui dies dictus fuit 15. Octobris ob 10. dies exemptos qui aliàs quintus fuisset. In Gallia verò iuxta edictum Henrici III. datum 3. Nouembris cœpisse die post nonum Decembris immediatè sequente, qui vigesimus dictus fuit ob causam prædictam, qui aliàs dicendus fuerat decimus.

Data cuiusuis anni, siue Christi, siue Periodi Iulianæ Reformationem Gregorianam sequentis, Epactâ vulgari, anticipatione Lunæ, & numero dierum exemptilium propriam Epactam inuenire.

In annis Christi, adde in vnum anticipationis complementum dierum exemptilium numerum & 5. & summam tolle ex data Epactâ vulgari (additis ad hanc 30. semel, iterum, sæpiúsque quantum opus fuerit) & residuum erit Epacta propria. Ex. c. sit datus annus Christi 4088. cuius Epacta vulgaris 14. anticipatio 13. cuius complementum 17. & dierum exemptilium numerus 28. summam igitur ex 17. 28. & 5. id est 50. tolle ex 74. (additis 60. ad Epactam vulgarem 14.) & residuum 24. erit Epacta propria. In annis Periodi Iulianæ idem præstandum, nisi quod non 5. tantùm sed 20. addi debent ad complementum anticipationis, & numerum dierum exemptilium. Ex. c. sit datus annus Per. Iul. 6799. cuius Epacta vulgaris 26. anticipatio 21. cuius proinde complementum 9. & numerus dierum exemptilium 13. Igitur summam ex 9. 13. & 20. id est 42. tolle ex 56. (additis 30. ad Epactam vulgarem 26.) & residuum 14. erit Epacta propria quæsita. Cæterum cùm toto hocce Æræ Christianæ sæculo detractis 10. ex Epacta vulgari habeatur propria, quantum supra 10. detrahi debeat post annum 1700. 1800. 1900. 2000. & consequentes, docuit idem insignis Mathematicus octasticho: quod quia metas huius nostræ Concordiæ hoc est annum 1700. superat, prætermitto.

Epactas mensium seu Regulares inuenire.

Obseruat I. præter Epactam annuam (de qua hactenus diximus) quæ per totum annum eadem durat, & singulis annis mutatur alias esse singulorum mensium proprias, quæ ob id menstruæ dicuntur, & communiter Regulares. Obserua II. Epactas annuas incipere modo ab initio Ianuarij, non autem à Martio, vt olim. His positis dico Ianuarij, & Martij regularem esse nihil, Februarij & Aprilis 1. Maij 2. Iunij 3. Iulij 4. Augusti 5. Septembris & Octobris 7. Nouembris & Decembris 9.

Datâ Epactâ propriâ annuâ diem Nouilunij in dato mense inuenire.

Summam ex Epacta annua & dati mensis regulari tolle ex 31. si fieri cum residuo possit, alioquin ex 61. & residuum erit dies Nouilunij quæsitus. Ex. c. anno 1646. quo Epacta annua fuit 13. quæratur Nouilunium Nouembris, cuius regularis est 9. summam ex 13. & 9. id est 22. tolle ex 31. & residuum 11. erit Nouilunij quæsiti dies: similiter quæratur Nouilunium anno 1647. quo Epacta fuit 24. summam ex 24. & 9. quod est 33. tolle ex 61. & residuum 28. erit dies Nouilunij in Nouembri. At in mensibus ordine paribus, hoc est Februario, Aprili, Iunio, Augusto, Octobri ac Decembri, summam epactæ & regularis (si quidem Epacta sit 25. diuersi à reliquis coloris aut characteris aliáve minor) tolles non ex 31. aut 61. sed ex 30. aut 60. Ex. c. quæratur Nouilunium Decembris anni 1646. summam ex Epacta 13. & regulari 9. id est 22. tolle ex 30. & residuum 8. erit dies Nouilunij quæsitus. In anno verò 1647. summam ex Epacta 24. & regulari 9. id est 33. tolle ex 60. & residuum 27. erit quæsitus dies Nouilunij in Decembri. Alium insuper adiicit modum quem omitto.

Data Epacta propria annua & menstrua seu regulari ætatem Lunæ quocumque die inuenire.

In vnum adde diem mensis propositum Epactam annuam, & dati mensis regularem; & summa aut eius excessus supra 30. vel 60. erit Lunæ ætas quæsita. Ex. c. sit data Epacta 7. quæratúrque ætas Lunæ pro 8. Decembris, cuius regularis est 9. summam igitur ex 8. 7. & 9. id est 24. erit ætas Lunæ quæsita. Quæratur in anno 1647. cuius Epacta fuit 24. ætas Lunæ pro 10. Ianuarij cuius regularis est 0. summa ex 24. & 10. erit 34. cuius excessus supra 30. id est 4. fuit ætas Lunæ. In eodem item anno quæratur ætas Lunæ 29. Nouembris, cuius regularis est 9. summa ex 29. 24. & 9. erit 62. cuius excessus supra 60. id est 2. ostendit Lunæ ætatem. Vulgaris hæc est praxis sed minùs accurata, quia cùm Lunationes sint

alternis

alternis dierum 29. & 30. non deberent semper ex summâ subtrahi 30. aut 60. sed interdum 29. aut 59. Vt verò intelligas quandonam 30. aut 60. & quando 29. aut 59. subtrahi debeant, obserua I. in Kalendario Gregoriano sex esse menses in quibus Epacta 25. eodem colore, & charactere quo cæteræ scribitur extra seriem ad læuam Epactæ 24. nimirum Februarij, & Aprilis die 5. Iunij die 3. Augusti Kalendis, Septembris 29. & Nouembris 27. In iisdem porrò mensibus die præcedente Epacta 25. diuerso à reliquis colore vel charactere extra seriem scribitur ad læuam Epactæ 26. Obserua II. in Kalendarij eiusdem septem aliis locis Epactam 25. vni & eidem diei bis adscribi, semel in serie, eodem cum cæteris colore ac charactere, & semel extra seriem ad læuam diuerso à reliquis vel colore, vel charactere. Obserua III. Epactam 19. semel in toto Kalendario, nempe ad 31. Decembris adscribi extra seriem ad læuam Epactæ 20. diuerso à reliquis colore ac charactere. His positis sequitur praxis: si dies datus sit in vno ex sex mensibus paribus, & ætas Lunæ modo supradicto inuenta non excedat numerum dierum qui sunt à proximâ coniunctione Epactarum 24. & 25. inclusiuè vsque ad diem datum, tunc tolle ex summâ solùm 29. aut 59. aliàs semper 30 aut 60. nisi quod in Septembri & Nouembri tolluntur 59. perinde atque in paribus. Exemplum vbi tolluntur solùm 29. habes in 25. Decembris anni 1646. currente Epacta 13. vbi verò tantùm 59. habes in die 8. Iunij currente Epacta 29. & in 30. Nouembris currente Epacta 23. vbi autem 30. aut 60. habes supra. Aliam methodum subiicit, quæ quia supponit numerum dierum anni collectorum vsque ad datum diem, iubet tironem meminisse primum ternarium mensium continere dies 90. & in Bissextili anno dies 91. Secundum dies 91. tertium & quartum dies 92.

Currente Epacta 25. vtra duarum assumenda sit, definire.

Eiusdem cum cæteris coloris, & characteris sumenda est cùm cyclus Lunaris siue aureus numerus ex quo ipsa nascitur minor est quàm 12. & hæc alternis mensibus scribitur ad læuam Epactæ 24. Quando verò aureus numerus non est minor quam 12. sumenda est Epacta 25. diuersi à reliquis coloris, & characteris, quæ alternis vicibus scribitur ad læuam Epactæ 26. Porrò alternis vicibus in Kalendario ex serie Epactarum vna excluditur ad hoc vt lunationes sint alternis dierum 30. & 29. potiùs autem Epacta 25. quàm alia quælibet vt Lunatio Paschalis semper sit 29. tantùm quoad fieri potest. Hac enim exclusa fit tantum semel vna Lunatio Paschalis dierum 30. nempe quando currit Epacta 24. at quæcumque alia excludatur, plures erunt quàm vna dierum 30.

Currente Epactâ 19. quandonam vsui sit illa quæ diuerso colore aut charactere à reliquis adscribitur ad læuam Epactæ 20. vltimo Decembris siue anni die definire.

Vsui tunc est, cùm Aureus numerus, ex quo ipsa nascitur, est quoque 19. siue vltimus annus cycli Lunaris. Adhibetur autem ibi eiusmodi Epacta, ne contingat inchoata Lunatione 2. Decembris nullam inueniri Epactam, quæ aliam Lunationem inchoet ante diem 30. Ianuarij anni sequentis, cui affixa est Epacta r.

Datâ Epactâ propriâ literam Martyrologij inuenire.

Obserua I. in Martyrologio Romano ad singulos dies haberi 30. literas, nempe 19. minusculas & 11. capitales, quæ literæ vices gerunt Epactarum ad Lunæ ætatem singulis diebus exhibendam per numeros literis subscriptos. Obserua II. minusculas esse illas, quæ sunt ab a, ad u, inclusiuè, prætermissa sola o, confusionis metu: capitales verò illas, quæ ab A, ad P, prætermissis I, K, L, O. Obserua III. cùm F, capitalis respondeat Epactæ 25. vt est duplex Epacta 25. ita duplicem quoque esse F, capitalem, vnam maiorem respondentem illi, quæ est eiusdem cum cæteris coloris & characteris; alteram minorem respondentem illi, quæ diuersi est à reliquis vel coloris vel characteris. His positis sequitur praxis: Percurre literas minusculas initio facto ab ea, quot vnitates habet

Epacta, si non plures quàm 19. alioquin tot capitales, quot habet supra 19. & vltima quam percurreris, erit litera Martyrologij quæsita, dummodo memineris prætermittere o, minusculum, & quatuor capitales I, K, L, O. Sic quia anno 1646. fuit Epacta 15. Litera Martyrologij fuit n, minuscula, quæ scilicet 13. est inter minusculas. anno vero 1647. Litera Martyrologij fuit E, capitalis vtpote quinta inter capitales sicut Epacta 24. continet supra 19. quinque vnitates. Aduertendum quoque post quamlibet ex 8. prioribus Capitalibus sequi anno proximè sequente minusculam eiusdem nominis; sic post E. literam maiusculam anni 1647. sequuta est e, minuscula anno 1648.

Dato anno Cycli Solaris Iuliani, & post Gregorianam reformationem dato insuper dierum exemptilium numero Literam Dominicalem inuenire.

Cycli Solaris Iuliani dato anno conuenientis complementum (ad 28. qui numerus cyclum integrum complectitur) auctum vnitate diuide per 4 deinde idem complementum vnitate auctum sic diuisum adde ad quotientem diuisionis, & ad dies exemptiles, si qui sunt; id est si datus annus sit post Gregorianam reformationem, & summa ex tribus illis numeris conflata diuidatur per 7. & residuum si quod erit, alioquin ipse diuisor 7. erit index Literæ Dominicalis quæsitæ, seu indicabit, quota ipsa sit in Alphabeto: cui quidem sic inuentæ adiunges anno Bissextili proximè præcedentem ordine alphabetico. Ex. c. anno Christi 325. qui est annus Concilij Nicæni, & cuius Cyclus Solaris est 16 quæratur Litera Dominicalis. Cycli Solaris complementum vnitate auctum erit 3. quo per 4. diuiso quotiens nullus erit (numerus scilicet integer) neque etiam vlli sunt dies exemptiles. Itaque solum 3. diuide per 7. eritque idem 3. residuum: quare Litera Dominicalis erit C. Anno item 4088. quo Cyclus Solaris erit 9. & eius proinde complementum vnitate auctum est 20. anno, inquam, illo quæratur Litera Dominicalis: Diuide 20. per 4. eritque quotiens 5. adde igitur in vnum 20. qui diuisus fuit, 5. qui est quotiens & 28. qui est numerus dierum exemptilium pro illo sæculo & summa 53. diuisa per 7. residuum erit 4. quare D. erit vna è Dominicalibus quæsitis, altera verò erit C. proximè præcedens in Alphabeto.

Ferialem Literam Calendarum cuiusque mensis inuenire.

Inuenies illam beneficio sequentium versuum.

Astra Dabit Dominus, Gratísque Beabit Egenos:
Gratia Christicolæ Feret Aurea Dona Fideli.

Voces illæ 12. conueniunt totidem mensibus initio ducto à Ianuario, & prima cuiusque vocis ex illis litera, est ipsa litera Ferialis Kalendarum illius mensis cui talis vox conuenit. Quia ergo (Dona) conuenit Nouembri meritò concludes literam D. affixam esse primo diei Nouembris.

Data Litera Dominicali datæ diei feriam inuenire.

In vnum adde complementum Indicis Literæ Dominicalis (complementum scilicet ad 7.) & indicem Literæ Calendis dati mensis affixæ, & diem datum, & summâ per 7. diuisa, residuum si quod erit, alioquin ipse diuisor 7. erit index feriæ quæsitæ. Ex. c. quæratur in quam Feriam cadat Christi natalis anno 1653. quo Litera Dominicalis fuit E. summam ex 6. qui index est Literæ F. Kalendis Decembris affixæ & 25. id est die dato, & denique 2. quod est complementum Indicis Literæ Dominicalis F. summam, inquam, ex illis tribus numeris hoc est 33. diuide per 7. & residuum 5. erit Index feriæ quæsitæ. Aliam quoque methodum exhibet. Verùm in re omnibus obuia, quæ nuda Calendarij inspectione opus habet nolui diutiùs immorari.

Vtrum datus annus sit Bissextilis cognoscere.

In annis Christi diuide per 4. duas figuras dexteriores: quo facto, si diuisionis nullum sit residuum, erit annus Bissextilis: si verò sit aliquod, ipsum indicabit quotus sit annus à Bissextili. Quòd si illarum vtráque sit chifra, id est si annus centesimus aliquis, tunc si annus ille præcedat Reformationem Gregorianam, erit Bissextilis: si verò eam sequatur, tunc solùm erit Bissextilis, cùm diuisis per 4. reliquis figuris, residuum diuisionis est nullum: sic anni 1600.2000.2400.2800 & similes erunt Bissextiles, non item 1700.1800.1900. 2100. 2200. 2300. 2500. 2600. 2700. & similes. In annis verò Periodi Iulianæ ante Reform. Gregorianam detrahenda est vnitas, priusquàm duæ figuræ dexteriores per 4. diuidantur. Post reformationem verò Gregorianam, id est post annum Christi 1582. & Periodi huius Iulianæ 6295. notandum est, quòd si figuræ detractâ vnitate diuisæ faciant 12. tunc licet diuisionis nullum sit residuum, non erit tamen semper annus Bissextilis ob tres Bissextos spatio 400. annorum, ex præscripto Gregorij deinceps omittendos, sed tunc solùm cùm numero, quem reliquæ figuræ faciunt aucto vnitate, & diuiso per 4. residuum quoque diuisionis nullum fuerit.

Festorum mobilium terminos citimos assignare.

Obserua I. Festa Mobilia sex esse: Septuagesimam, Diem cinerum, PASCHA, Ascensionem Christi, Pentecosten, & Festum Corporis Christi: Obserua II. citimum cuiusque terminum esse diem illum, quo ita celebrari non potest, vt proximè post eum possit. His positis; citimus terminus Septuagesimæ est 17. Ianuarij, Diei cinerum 3. Februarij, PASCHATIS 21. Martij, siue ipse dies Æquinoctij verni, Ascensionis 29. Aprilis, Pentecostes 9. Maij, denique Festi Corporis Christi 20. eiusdem Maij.

Paschatis adeòque Festorum Mobilium proprios terminos, ipsáque Festa anno quocumque proposito inuenire.

Obserua I. Pascha ad quod cætera Festa Mobilia diriguntur, à Iudæis olim ex Lege Mosis celebratum fuisse semper 14. die mensis Nisan, qui primus erat in anno sacro: à Christianis verò celebrari debere semper Dominicâ proximè sequente post 14. diem Lunationis Paschalis, quæ Hebræorum mensi Nisan respondet. Censetur autem illa Lunatio esse Hebræorum Nisan, siue Paschalis, quæ est prima eorum omnium, quarum 14. dies non anteuertit æquinoctij verni diem, qui modò defixus est in die 21. Martij; adeò vt, si cuius Lunationis 14. dies incidat in 20. Martij, ea non censeatur Paschalis, sed proximè sequens, quæ incipit 5. Aprilis, multóque magis id dici debet de Lunationibus illis, quarum 14. dies citiùs adhuc contingit. Obserua II. cùm, vt modò diximus, citimus terminus Paschatis sit ipse Æquinoctij verni dies Martij 21. affixus, Lunationem Paschalem non posse incipere ante 8. Martij, quia alioquin eius 14. dies caderet ante Æquinoctium. Item non posse prius finiri Lunationem illam, quàm die 7. Aprilis, ad cuius latus est Épacta 24. nec etiam posse tardiùs incipere, quàm 24. die Martij; quia si inciperet 25. haberet indicem sui Epactam 23. quæ iam aliam Lunationem designauit in eodem mense, quod nequit fieri. His positis sequitur praxis: Epactam currentem tolle ex 23. si potes, hoc est, si non sit minor, quàm 23. alioquin ad 23. adde complementum Epactæ, & residuum, vel summam adde citimo festi quæsiti termino (vnitate tamen priùs minuto, si Epacta sit 25. à reliquis diuersa vel colore, vel charactere, aut 24) & summa inchoata ab illo ipso die, à quo & citimus terminus incipit, dabit festi terminum proprium anni illius, pro quo quæritur festum. Festum autem ipsum celebrabitur feriâ, quæ talis festi propria proximè post inuentum illum terminum occurret, puta Dominicâ pro Pascha, Pentecoste, & Septuagesimâ, feria 4. pro Cineralibus, & feria 5 pro Ascensione, ac Festo Corporis Christi. Quia verò in solo Paschate est difficultas, à quo Mobilia cætera festa statis fixísque pendent interuallis, de eo exempla dumtaxat afferam. I. Sit datus annus 1648. cuius Epacta V. & Literæ

Dominicales E D. Ex 23. tolle 5. & residuum 8. adde ad 21. Martij, qui est citimus terminus Paschalis, & summa 39. numeranda à principio Martij, hoc est 8. dies Aprilis, fuit Paschatis terminus proprius anni illius, qui terminus cùm in Feriam 4. incurrerit, ostendit Pascha celebratum die 12. Aprilis. II. Sit datus annus 1655. cuius Epacta 23. & Litera Dominicalis C. Ex 23. tolle Epactam 23. & nullum erit residuum, quod addas citimo Paschatis termino, proindéque ipse 21. dies Martij, erit terminus citimus, qui cùm in Dominicam cadat, ostendit Pascha celebrandum sequenti Dominica 28. Martij, adeóque Septuagesimam die 24. Ianuarij, Diem Cinerum 10. Februarij; Ascensionem 6. Pentecosten 16. & Festum Corporis Christi die 27. eiusdem Maij mensis.

Primam Dominicam Aduentus inuenire.

Quære Dominicam Festo S. Andreæ Apostoli, id est diei 30. Nouembris proximam, siue ante, siue post, illa enim erit Dominica prima Aduentus Vnde sequitur Dominicam primam Aduentus semper cadere in vnum ex illis septem diebus, qui sunt à 27. Nouembris ad 3. Decembris inclusiuè vtrobique.

Quot sint Dominicæ post Pentecosten definire.

Si Pascha sit post diem 23. Aprilis, siue Festum S. Georgij, tunc erunt tantùm 23. Dominicæ post Pentecosten: si Pascha celebretur ante 23. Aprilis, & nulla intermedia sit Dominica, erunt tantùm 24. Totidem verò post Pentecosten erunt Dominicæ supra 24. quot interponentur Dominicæ à Pascha exclusiuè, vsque ad 23. Aprilis inclusiuè. Sic annis 1655. & 1657. erunt 27. Dominicæ, annis 1656. & 1658. 24. anno denique 1666. quo Pascha celebrabitur die 25. Aprilis erunt tantùm 23 Dominicæ post Pentecosten. Aduerte autem vnitate decurtandum esse Dominicarum illarum numerum, si non à Festo Pentecostes, vt Romana consueuit Ecclesia, sed ab eius octauâ siue Festo Trinitatis accersere cum quibusdam Germanis, & Dominicas post Trinitatem vocitare volueris.

Loca Solis ac Lunæ in Zodiaco quocumque die anni inuenire, & quot horas Luna noctu luceat definire.

Has propositiones prætermisi, necnon vltimam, quæ docet *diem datum à Nonis, Idibus aut Calendis vel contra inuenire*, quòd ea tutiùs ex leui oculorum coniectu in Kalendarium, quod Precariis libellis præfigitur, quàm vllis Mathematicorum præceptis haberi queant. Obseruandum tamen I. in quolibet mense tres esse dies, qui in recto & sine vllius numeri addito denominantur: vnus à Nonis, alter ab Idibus, tertius à Kalendis: Et ille quidem, qui à Kalendis semper est primus dies mensis, qui verò à Nonis est 7. in Martio, Maio, Iulio, & Octobri; in reliquis verò est 5. denique qui ab Idibus est 15. in quatuor prædictis mensibus in reliquis 13. Nonarum autem appellatio inde orta est, quòd earum dies sit nonus à die Iduum retro numerando. Obseruandum II. Omnes dies, qui interiecti sunt inter duos ex tribus iam dictis, sortiri appellationem posterioris, sed in accusatiuo saltem sæpiùs, & cum addito numeri ordine retrogrado procedendo, excepto saltem illo, qui cum à binario denominari II. Nonas, vel Idus, vel Kalendas deberet, pridie Nonas Idus, & Kalendas dici solet saltem sæpiùs & elegantiùs. A Nonis itaque denominantur quatuor dies vel sex, qui sunt inter Kalendas, seu primum mensis cuiusque diem & Nonas; ab Idibus octo illi, qui sunt inter Nonas & Idus; à Kalendis denique mensis sequentis dies omnes mensis præcedentis, qui sunt post Idus. Sunt autem modò 16. modò 17. modò 18. aut 19. quot videlicet supersunt, si ex numero dierum mensis præcedentis aucto vnitate tollatur dies Iduum eiusdem mensis. Obseruandum III. diem qui proximè sequitur vnum aliquem è tribus in recto denominatis sortiri quoque eiusdem denominationem in accusandi casu, sed cum aduerbio Postridie, vt epistola 7. libri 14. ad Atticum statim initio, Postridie scilicet Idus. Obseruandum IV. Epistolam libri 11 ad Atticum datam esse 18. Kalendas Quintiles, quod supponit Iunium saltem dies 30. tunc habuisse, nisi mendum in numeros irrepserit; proindéque supponit fuisse tunc factam reformatio-

nem Iulianam. Nam ante eam Iunius dies habuit solùm 29. Addam hîc quoque duo à Mulerio iam obseruata, I. discendam Tironibus dierum notationem *A. d. iij. Kal. Febr.* quod sic effertur, Ante diem tertium Kalendas Februarij, vel Februarias: vel, Ante diem tertium Kalendarum Februarij, siue Februariarum, qui est trigesimus dies mensis Ianuarij: Item, *Ex a. d VI. Eid. Mart.* Ex ante diem sextum Eidus Martias, vel, Ex ante diem sextum Eiduum Martij, vel Martiarum, qui decimus est dies Martij. II. ab Ausonio Ep. 19. diem decimumquartum Decembris sic exprimi:

Transierant Eidus: medius suprema December
Tempora venturo properabat iungere Iano;
Et nonasdecimas ab se nox longa Kalendas
Iugiter acciri celebranda ad sacra iubebat.

Quæ verba ipse sic interpretatur: *Iam prima nox erat*, inquit, *ante diem nonumdecimum Kalendarum Ianuariarum, quum reddita sunt mihi literæ tuæ oppidò quàm literatæ.*

Supereſt modò, vt adtexamus sequentem Tabulam de Aureo numero in annis quibuslibet Iulianæ Periodi facillima methodo inuestigando, & ad nostra nostro more methodóque pertexenda procedamus.

TABVLA CYCLI LVNARIS
SIVE AVREI NVMERI
IN PERIODO IVLIANA.

	In Annis expansis.		*In Annis collectis.*
1.	20. 39. 58. 77. 96.	5.	100. 2000. 3900. 5800. 7700.
2.	21. 40. 59. 78. 97.	10.	200. 2100. 4000. 5900. 7800.
3.	22. 41. 60. 79. 98.	15.	300. 2200. 4100. 6000. 7900.
4.	23. 42. 61. 80. 99.	1.	400. 2300. 4200. 6100.
5.	24. 43. 62. 81. 100.	6.	500. 2400. 4300. 6200.
6.	25. 44. 63. 82.	11.	600. 2500. 4400. 6300.
7.	26. 45. 64. 83.	16.	700. 2600. 4500. 6400.
8.	27. 46. 65. 84.	2.	800. 2700. 4600. 6500.
9.	28. 47. 66. 85.	7.	900. 2800. 4700. 6600.
10.	29. 48. 67. 86.	12.	1000. 2900. 4800. 6700.
11.	30. 49. 68. 87.	17.	1100. 3000. 4900. 6800.
12.	31. 50. 69. 88.	3.	1200. 3100. 5000. 6900.
13.	32. 51. 70. 89.	8.	1300. 3200. 5100. 7000.
14.	33. 52. 71. 90.	13.	1400. 3300. 5200. 7100.
15.	34. 53. 72. 91.	18.	1500. 3400. 5300. 7200.
16.	35. 54. 73. 92.	4.	1600. 3500. 5400. 7300.
17.	36. 55. 74. 93.	9.	1700. 3600. 5500. 7400.
18.	37. 56. 75. 94.	14.	1800. 3700. 5600. 7500.
19.	38. 57. 76. 95.	19.	1900. 3800. 5700. 7600.

CAPVT SEXTVM.

DE PASCHATE CHRISTIANO ANTE & post emendationem Kalendarij Iuliani à Gregorio XIII. Papa factam, eiusque vsu in rebus Chronologicis.

QVID *sancti Patres ab initio fermè nascentis Ecclesiæ de Paschate ritè celebrando sanxerunt?*

Triplex omnino Veterum est super ea re sanctio. Primò, vt Paschalis illa solemnitas, quæ est caput & metropolis Festorum omnium, post æquinoctium vernum peragatur mense primo, qui etiam mensis nouorum dicitur. Secundò, vti id fiat Dominica non alia hebdomadis die, quia eâ feriâ Christus Dominus ab inferis resurrexit. Tertiò, vt non ipsâ 14. Lunâ, si in Dominicam incurrat, sed semper proximâ post eam Dominica celebretur. Horum autem trium duo priora ad cursum Solis, tertium ad Lunam pertinet.

Quodnam ad Pascha ritè ex præscripto maiorum celebrandum adhibuerunt Æquinoctium Nicæni Patres?

Populare illud quidem, (neque enim Ecclesia multùm curat exactas nimisque scrupulosas supputandi rationes, dummodo se ad vsus ciuiles accommodet.) verùm ad Astronomicos calculos, quantum ea ferebant tempora satis accuratè directum. Quia ergo circa annum Christi 325. quo Nicænum Concilium celebratum fuisse sæpiùs monuimus, Æquinoctium vernum Martij ferè 21. die committi videbatur, ideò hic ipse dies perpetua deinceps lege Ecclesiastico simul, & ciuili æquinoctio præfixus est.

Quis est mensis primus, seu Nouorum, quem Paschalem vocamus?

Cuius decimaquarta dies vel in ipsum æquinoctij verni cardinem, hoc est diem 21. Martij, vel proximè post eum incidit. Vnde Neomenia citima Paschalis in 8. Martij conuenit, remotissima verò in 5. Aprilis; ideóque, quæ Neomenia seu Luna prima ab 8. Martij ad 5. Aprilis diem incurrit, ea sine dubio Paschalis est, dátque initium primo Mensi Nouorum dicto, & Dominica post eius decimamquartam proximè consequente celebrabitur Pascha. Ex quo deinde sequitur citimum terminum Paschalem (ita Luna 14. numerari solet) defixum esse in 21. die Martij; ideóque nec eo die, nec vmquam ante illum diem, posse celebrari Pascha, remotissimum verò terminum Paschalem consistere in die 18. Aprilis, Dominicam denique Paschalis citimam Martij 22. diei competere, remotissimam verò Aprilis 25. ita vt nec vmquam priùs 22. Martij, nec tardiùs 25. Aprilis, qui dies D. Marco sacer est, fas fuerit Pascha indicere. Quod vltimum cùm accidit (vt superioris sæculi anno 46. & nostri huius 66. fiet Litera Dominicali C.) locus est vulgari Prouerbio: Georgius mortuum, Marcus resurgentem, Ioannes per compita vidit triumphantem.

Quâ demum ratione in anno Iuliano Dominica Paschalis, ex quâ

festiuitates per annum pene omnes & Dominicarum cæterarum contextus dependet, inuestiganda est.

Id planissimè nullóque negotio fiet, si librum hunc nostrum voluctare volueris, ad singulos enim Æræ Christi annos, non solùm Pascha secundùm Canones Nicæni Concilij & Alexandrinos calculos exhibetur, sed etiam quid ex Victorij Aquitani, & quorundam Latinorum laterculis discriminis interdum contigerit diligenter annotatum est. Quod si nostra hac Concordia careas, suadeo, vt proposito quolibet æræ Christianæ anno, cuius Pascha quæratur, v. g. 646. 1500. vel 1655. &c. annos illos Christi vno addito per 19. diuidas, reliquum erit numerus aureus seu nota decemnoualis cycli in cursu illo anno existentis. Quam notam in Kalendario quærito, qui enim dies numerum illum adscriptum habet ab 8. die Martij, vsque ad diem 5. Aprilis repræsentabit tibi Paschalem Neomeniam cui terminus suus in magna Paschali Tabella respondet. Cyclum deinde Solis, vel ex nostra Concordia, vel aliunde tibi cognitum, vna cum Dominicali litera ipsi competente admoueto. Ea quippe Paschalem esse diem illum demonstrat, cui ipsa post terminum proximè illigata apparet.

Quot vertentibus annis Dominicarum Paschalium series tenorem suum absoluit in veteri Methodo Kalendarij Romani?

Annis 532 quibus constat magnus Cyclus Dionysianus ex Solis ac Lunæ Cyclis in sese ductis consurgens, & ab anno Christi Conceptione ac Natalibus insigni, qui Æræ Christianæ caput antecedit, inchoatur. Inde factum est, vt post annos 532. Paschales Dominicæ eodem semper ordine recurrerent, vt in expansis Dionysij Exigui Abbatis Romani, & Venerabilis Bedæ cyclis per otium tibi licebit obseruare.

Est ne modò in vsu vetus illa Paschatis inueniendi methodus?

Desiit ab anno 1582. quo decem dierum exemptione iussu Gregorij XIII. Romani Pontificis recensitum est Kalendarium. Eius tamen Notitia Chronologo cuique apprimè necessaria est, cùm in Annalibus atque Historiis, Paschatum, aliorúmque Festorum, similiúmque temporis characterum, qui ex eadem prisca methodo pendent, mentio frequentissima occurrat. Adde quòd gregales Caluini Lutherique in Anglia, Dania, Suecia, Hollandia, Geneuæ, nonnullisque Heluetiorum ac Germaniæ Prouinciis veterem adhuc anni formam sequantur, & Pascha diuerso à Catholicis die, ac nonnumquam integro mense tardiùs quàm par sit celebrent. Quod in actis atque epistolis significant, dum veterem nouúmque stylum, hoc est computandi modum Gregorianum Iulianúmque adscribunt.

Cedo methodum facilem & expeditam inueniendi Paschalis Iuliani, cuius vsus fuit apud Catholicos ante Castigationem Gregorianam?

Si libro hoc nostro careas, qui singulis annis adscriptum Pascha omnibus etiam imperitissimis repræsentat, vel illapsum fortè incuria librariorum in notas arithmeticas errorem emendare volueris, ecce tibi Tabulam Magni Cycli Dionysiani ad methodum inquirendi Paschatis exactam, in cuius fronte seu superioribus cellulis à sinistra ad dextram vergentibus descriptus est numerus aureus cum terminis ipsis Paschalibus ipsisque dierum literis quibus termini illi congruunt: à summo autem ad imum sensim descendendo exporrigitur cyclus Solis cum suis Dominicalibus literis.

TABVLA CYCLI MAGNI PASCHALIS.

Termini Paschal.		V. Apr.	XXV Mart.	XIII Apr.	II Apr.	XXII Mart.	X Apr.	XXX Mart.	XVIII Apr.	VII Apr.	XXVII Mart.	XV Apr.	IV Apr.	XXIV Mart.	XII Apr.	Kal. Apr.	XXI Mart.	IX Apr.	XXIX Mart.	XVII Apr.
Lit. ter.		D	G	E	A	D	B	E	C	F	B	G	C	F	D	G	C	A	D	B
Nu. aur.		I	II	III	IV	V	VI.	VII	VIII	IX	X	XI	XII	XIII	XIV.	XV	XVI	XVII	XVIII	XIX
GF	1	Ap.7	M.31	A.14	Ap.7	M.24	A.14	Ap.7	Ap.21	Ap.14	M.31	Ap.21	Ap.7	M.31	Ap.14	Ap.7	M.24	A.14	M.31	A.21
E	2	Ap.6	M.30	A.20	Ap.6	M.23	Ap.13	Ap.6	Ap.20	Ap.13	M.30	Ap.20	Ap.6	M.30	Ap.13	Ap.6	M.23	Ap.13	M.30	A.20
D	3	Ap.12	M.29	Ap.19	Ap.5	M 29	A. 12	Ap.5	Ap.19	Ap.12	M.29	Ap.19	Ap.5	M.29	A.19	Ap.5	M.22	Ap.12	Ap.5	Ap.19
C	4	Ap.11	M.28	Ap.18	Ap.4	M.28	Ap.11	Ap.4	Ap.25	Ap.11	M.28	Ap.18	Ap.11	M.28	Ap.18	Ap.4	M.28	Ap.11	Ap.4	Ap.18
BA	5	Ap.9	M 26	Ap.16	Ap.9	M.26	A.16	Ap.2	Ap.23	Ap.9	Ap.2	Ap.16	Ap.9	M 26	Ap.16	Ap.2	M.26	Ap.16	Ap.2	Ap.23
G	6	Ap.8	Ap.1	Ap.15	Ap.8	M.25	Ap.15	Ap.1	Ap.22	Ap.15	Ap.1	Ap.22	Ap.8	M.25	Ap.15	Ap.8	M.25	Ap.15	Ap.1	Ap.22
F	7	Apr.7	M.31	Ap.14	Apr.7	M.24	Ap.14	M.31	Ap 21	Ap.14	M.31	Ap.21	Ap.7	M.31	Ap.14	Apr.7	M.24	Ap.14	M.31	Ap 21
E	8	Apr.6	M.30	Ap.20	Apr.6	M.23	Ap.13	Apr.6	Ap 20	Apr.13	M.30	Ap 20	Apr.6	M.30	Apr.13	Apr.6	M.23	Ap.13	M.30	Ap.20
DC	9	Ap.11	M.28	Ap.18	Apr.4	M.28	Ap.11	Ap.4	Ap.25	Apr.11	M.28	Ap.18	Ap.11	M.28	Ap.18	Apr.4	M.28	Ap.11	Ap.4	Ap.18
B	10	Ap.10	M.27	Ap.17	Apr.3	M.27	Ap.17	Ap.3	Ap.24	Ap.10	Ap 3.	Ap.17	Ap 10	M.27	Ap.17	Apr.3	M.27	Ap.10	Ap.3.	Ap.24
A	11	Ap.9.	M.26	Ap.16	Apr.9	M.26	Ap 16	Ap.2	Ap.23	Ap.9.	Apr.2	Ap.16	Ap.9	M.26	Ap.16	Apr.2	M.26	Ap.16	Ap.2	Ap.23
G	12	Ap.8	Apr.1	Ap.15	Ap.8	M.25	Ap.15	Apr 1	Ap.22	Apr.8	Apr.1	Ap.22	Apr.8	M.25	Ap.15	Apr.8	M.25	Ap.15	Apr.1	Ap.22
FE	13	Apr.6	M.30	Ap.20	Ap.6	M.23	Ap.13	Apr.6	Ap.20	Ap.13	M.30	Ap.20	Ap.6	M.30	Ap 13	Apr.6	M.23	Ap.13	M.30	Ap.20
D	14	Ap.12	M.29	Ap 19	Ap.5	M.29	Ap 12	Apr.5	Ap.19	Ap.12	M.29	Ap.19	Apr.5	M.29	Ap.19	Apr.5	M.22	Ap.12	Apr.5	Ap.19
C	15	Ap.11	M.28	Ap.18	Ap.4	M.28	Ap.11	Ap.4	Ap.25	Ap.11	M.28	Ap.18	Ap.11	M.28	Ap.18	Ap.4	M.28	Ap.11	Ap.4	Ap.18
B	16	A.10	M.27	Ap.17	Ap.3	M.27	Ap.17	Apr.3	Ap 24	Ap.10	Ap.3	Ap.17	Ap.10	M.27	Ap.17	Ap.3	M.27	Ap.10	Ap.3.	Ap.24
AG	17	Ap.8	Apr.1	Ap 15	Ap.8	M.25	Ap.15	Ap.1	Ap.22	Ap.8	Ap.1	Ap.22	Ap.8	M.25	Ap.15	Ap.8	M.25	Ap.15	Ap.1.	Ap.22
F	18	Ap.7	M.31	Ap.14	Ap.7	M.24	Ap.14	M.31	Ap.21	Ap.14	M.31	Ap.21	Ap.7	M.31	Ap.14	Ap.7	M.24	Ap 14	M.31	Ap.21
E	19	Ap.6	M.30	A.20	Ap.6	M.23	Ap.13	Ap.6	Ap.20	Ap.13	M.30	Ap.20	Ap.6	M.30	Ap.13	Ap.6	M.23	Ap.13	M.30	Ap.10
D	20	Ap 12	M.29	Ap.19	Ap.5	M 29	Ap.12	Ap.5	Ap.19	Ap.12	M.29	Ap 19.	Ap.5.	M 29	A.19	Ap.5	M 22	Ap.12	Ap.5	Ap.19
CB	21	Ap.10	M.27	Ap.17	Ap.3	M.27	Ap.17	Ap.3	Ap.24	Ap.10	Ap.3	Ap.17	Ap.10	M 27	Ap.17	Ap.3	M.27	Ap.10	Ap.3	Ap.24
A	22	Ap.9	M.26	Ap.16	Ap.9	M.26	Ap.16	Ap.2	Ap.23	Ap.9	Ap 2	Ap.16	Ap.9	M.26	Ap.16	Ap.2	M.26	Ap.16	Ap.2	Ap.23
G	23	Ap 8	Ap.1	Ap.15	Ap.8	M.25	Ap.15	Ap.1	Ap.22	Ap.8	Ap.1	Ap.22	Ap.8	M.25	Ap.15	Ap.8	M.25	Ap.15	Ap.1	Ap.22
F	24	Ap.7	M.31	Ap.14	Ap.7	M.24	Ap.14	M.31	Ap.21	Ap.14	M.31	Ap.21	Ap.7	M.31	Ap.14	Ap.7	M.24	Ap.14	M.31	Ap.21
ED	25	Ap.12	M.29	Ap.19	Ap.5	M.29	Ap.12	Ap.5	Ap.19	Ap.12	M.29	Ap.19	Ap 5	M.29	Ap.19	Ap.5	M.22	Ap.12	Ap.5	Ap 19
C	26	Ap.11	M.28	Ap.18	Ap.4	M.28	Ap.11	Ap.4	Ap.25	Ap 11	M.28	Ap.18	Ap.11	M.28	Ap.14	Ap.4	M.28	Ap.11	Ap.4	Ap.18
B	27	Ap.10	M 27	Ap.17	Ap.3	M.27	Ap.17	Ap.3	Ap.24	Ap 10	Ap.3	Ap.17	Ap.10	M.27	Ap.17	Ap.3	M.27	Ap.10	Ap.3	Ap.24
A	28	Ap.9	M.26	Ap.16	Ap.9	M.26	Ap.16	Ap.1	Ap.23	Ap.9	Ap.2	Ap.16	Ap.9	M.26	Ap.16	Ap.2	M.26	Ap.16	Ap.2	Ap.23

Doce

Doce iam amabo quis sit & quantus huius Tabulæ fructus & vsus?

Dato anno quolibet Christi numerum eius aureum in fronte Tabulæ quærito, tum ad sinistram cyclum eiusdem anni Solarem, in proselide siue communi angulo ac concursu Lineæ descendentis, atque ex obliquo secantis diem Paschæ reperies. Ex. gr. quæritur in quem diem incurrerit Pascha anno Christi 360. Diocletiani 76. cuius Lunæ cyclus fuit 19. Solis 5. Accede ad Tabulam communis vtriusque cycli angulus siue proselis dabit 23. Aprilis, de quo & de Paschate anni 387. pluribus disputat S. Ambrosius in Epistola 83. ad Episcopos Æmiliæ, vt monuimus in concordiâ ad eosdem annos, vbi etiam Proterij Patr. Alexandrini epistolam ad S. Leonem adduximus. Eadem est ratio in aliis omnibus: v. g. si quis scire cupiat, quo die anno 1655. Angli, Dani, Sueci, Hollandi, cæterique Romanæ Ecclesiæ non obsequentes sectarij celebrarunt Pascha, cyclus Solis est 12. Lunæ 3. Litera Domin. G. communis angulus dabit diem 15. Aprilis, quo Pascha peregerunt suum.

Quid sibi vult subiungi solita Tabulæ Paschali Tabella altera, quam nos in meliorem formam redegimus.

Continet solemnes aliquot Dominicas & Festa, vt vocant, Mobilia, quæ Pascha vel antecedunt, vel sequuntur, ab eóque singulis quibusque annis omnino dependent. Dies autem in illa Tabellâ adscripti ostendunt quanto interuallo Dominicæ illæ à Paschate discrepent, adeóque ad diem Paschatis additi si illæ subsequantur, vel de eo detracti si præcedant, quæsitos dies in Kalendario absque vllo errandi periculo demonstrant.

TABELLA DOMINICARVM FESTORVMQVE MOBILIVM QVÆ A PASCHATE PENDENT.

DOMINICA Septuagesimæ, Græcis dicta προσφωνήσιμος, distat à Paschate diebus 63. siue 9. Hebdomadibus.
Dominica Sexagesimæ, ἀπόκρεως, diebus 56.
Dominica Quinquagesimæ, τυροφάγος, diebus 49.
Dies Cinerum, siue caput Quadragesimæ, diebus 46.
Dom. I. Quadragesimæ, siue *Inuocauit*, diebus 42.
Dom. II. Quadragesimæ, siue *Reminiscere*, diebus 35.
Dom. III. Quadragesimæ, siue *Oculi*, diebus 28.
Dom. IV. Quadragesimæ, siue *Lætare*, diebus 21.
Dom. V. Quadragesimæ, siue *Iudica*, vel Passionis, diebus 14.
Dom. VI. Quadragesimæ, siue Palmarum & Osanna, diebus 7.

PASCHALIS SOLEMNITAS.

Dom. I. post Pascha, siue *Quasimodo*, diebus 7.
Dom. II. post Pascha, siue *Misericordia*, diebus 14.
Dom. III. post Pascha, siue *Iubilate*, diebus 21.
Dom. IV. post Pascha, siue *Cantate*, diebus 28.
Dom. V. post Pascha, siue *Vocem Iucunditatis*, diebus 35. Eadem vulgò dicitur Dom. ante Rogationes, quæ tribus diebus celebrantur ante Festum Ascensionis.
Ascensio Domini post Pascha diebus 39. & 10. ante Pent.

Non statueram plura de Epactis annotare: verùm cùm nudius tertius inciderim in doctissimi Mathematici P. Ioannis De Riennes scripta quædam Flexiæ ante aliquot annos dictata, placuit ad maiorem doctrinæ huius intelligentiam nonnullas propositiones ex iis, quanta fieri poterit breuitate ac perspicuitate excerpere, omissis versibus Technicis ingeniosissimis, & quibusdam minus ad nostrum institutum necessariis. Eâ tamen lege breuiatoris partes suscepi, vt mihi fas esse putauerim interpolare, nonnulla addere, & in commodiorem ordinem tantisper commutare.

Dato aureo numero anni cuiusuis eiusdem Epactam vulgarem, atque etiam per totum hoc sæculum propriam inuenire.

Obserua I. Epactam numerum esse collectum ex continua additione dierum 11. quibus Solaris annus communis communem Lunarem excedit (quippe ille dies habet 365. iste solùm 354.) abiecta integra Lunatione dierum 30. quoties fieri potest. Obserua II. Epactam propriam illam dici, quà immediatè vtimur ad ætatem Lunæ, ad Nouilunia, ad Festa mobilia, & similia inuestiganda. Vulgarem verò dici, vniuersalem quandam Epactam, cuius beneficio propriam assequimur. Obserua III. Vulgarem Epactam eamdem fuisse cum propria immediatè ante reformationem, & futuram etiamnum eamdem, nisi facta fuisset dicta reformatio. His positis, sequitur praxis. Cyclum Lunæ siue Aureum numerum datum adde eiusdem decuplo, & summam diuide per 30. & residuum diuisionis erit Epacta vulgaris. Ex hoc tolle 10. si potes, alioquin adde illi 20. & habebis propriam per totum hoc sæculum. Est autem numeri cuiusuis decuplum ipsemet numerus cyfra vna ad dextram præfixa auctus. Ex. c. si detur aureus numerus 13. ad 130. adde 13. & summam 143. diuide per 30. & residuum 23. erit Epacta vulgaris. Ex hac tolle 10 & restabit propria 13. Si verò detur aureus numerus 14 ad 140. adde 14. & summam 154. diuide per 30. & residuum 4. erit Epacta vulgaris: huic adde 20. & habebis 24 pro Epacta propria illius anni.

Anticipationem Lunæ pro dato sæculo siue Christi siue Periodi Iulianæ inuenire.

Obserua I. vt inueniatur Epacta propria vniuersaliter, id est in quocumque sæculo prænosse oportere ante reformationem Gregorij Papæ anticipationem Lunæ pro toto aliquo sæculo, post eam verò insuper habendum esse numerum dierum exemptilium. Obserua II. Nouilunia post annos 300. & aliquanto ampliùs non redire in eosdem anni dies, posito eodem aureo numero in quos cadebant prius, sed vnumquodque cadere in diem proximè præcedentem, seu sedem vno die anticipare Ex. c. cum aureo numero currente 13. anno huius sæculi 46. Nouilunium factum indicetur die 18. Martij, post annos circiter 300. puta anno Christi 1950. currente rursus aureo numero 13. Nouilunium in 17. Martij, &c. Obserua III. illud, aliquanto amplius, importare annos 12. cum dimidio, siue quod idem est, ad vnum diem anticipationis requiri annos 312. ita vt annis 2500. fiat anticipatio dierum 8. & annis 10000. dierum 32. His positis, sequitur praxis I. in annis Christi: Numerum centenarium Christi auctum septenario diuide per 25. & deinde residuum huius diuisionis diuide per 3. iam octuplo prioris quotientis adde posteriorem, & summa binario mulctata erit Lunæ anticipatio in annis Christi. Ex. c. quæratur Lunæ anticipatio ab anno Christi 400. ad 4100 seu toto sæculo 41 diuide 47. per 25. & quotiens erit 1. residuum vero 22. quo diuiso per 3. erit quotiens 7. quem adde ad 8. octuplum scilicet prioris, & summa erit 15. vnde concludes binario dempto anticipationem quæsitam esse annorum 13. II. in annis huiusce Periodi Iulianæ idem præstandum quod in Centenariis Christi, nisi quod centenarij augendi sunt non septenario sed denario, & summa ex posteriore quotiente, & prioris octuplo collecta minui debet non binario solùm sed ternario.

Ex. c. quæratur anticipatio Lunæ ab anno Periodi Iulianæ 6700. ad 6800. diuide 77. per 25. & quotiens erit 3. residuum verò 2. quo diuiso per 3. quotiens nullus erit numerus integer. sumes igitur solum octuplum prioris, id est 24. & concludes anticipationem quæsitam esse dierum 21. Notandum verò quòd licet interdum quotiens posterioris diuisionis videatur esse 8. quando scilicet prioris residuum fuit 24. numquam tamen sumi debet maior quàm 17.

Numerum dierum exemptilium pro dato sæculo siue Periodi Iulianæ siue Christi inuenire.

Obserua præter 10. dies in Gregoriana reformatione simul & semel exemptos ex anno 1582. cautum esse vt deinceps in singulis cyclis 400. annorum (quorum primus cœpit anno 1601. seu Periodi Iulianæ 6314.) tres eximantur Bissexti de vsitatis in modo anni Iuliani, nempe primo, secundo, & tertio centesimo completis. Hoc posito sequitur praxis I. in annis Periodi Iulianæ: Numerum centenariorum auctum vnitate diuide per 4. & quotientem atque insuper 38. subtrahe ex numero diuiso, & residuum erit numerus dierum exemptilium quæsitus. Ex. c. quæratur numerus dierum exemptilium ab anno Periodi Iulianæ 6700. ad 6800. hoc est in 67. sæculo, diuide 67. auctum vnitate, id est 68. per 4. & quotientem 17. atque insuper 38. hoc est omnino 55. tolle ex 68. & residuum 13. erit numerus dierum exemptilium quæsitus. II. in centenariis siue sæculis Christi idem præstandum nisi quod non 38. sed tantum 2. cum quotiente tolluntur ex numero diuiso, & numerus centenariorum nihilo est augendus. Ex. c. quærantur dies exemptiles ab anno Christi 4000. ad 4100. hoc est per totum sæculum 40. diuide per 4. 40. & quotientem 10. insupérque 2. hoc est omnino 12. tolle ex 40. & residuum 28. erit numerus dierum exemptilium quæsitus.

Dati, cuiusuis anni siue Christi, siue Periodi Iulianæ Gregorianam reformationem antecedentis Epacta vulgari, & Lunæ anticipatione propriam Epactam inuenire.

In annis Per. Iul. Anticipationis complementum (ad 30. scilicet) auctum 20. tolle ex data Epacta vulgari (additis ad hanc 30. aut etiam 60. si opus erit) & residuum erit propria Epacta quæsita. Ex. c. anni Per. Iul. 5038. data sit Epacta vulgaris 3. & anticipatio 16. cuius complementum est 14. Igitur summam ex 14. & 20. id est 34. tolle ex 63. (additis 60. ad Epactam 3.) & residuum 29. erit illius anni propria Epacta quæsita. Idem præstandum in annis Christi, nisi quod anticipationis complementum non vicenario sed quinario tantum augeri debeat. Ex. c. anni Christi 532. data sit Epacta vulgaris 11. & anticipatio 11. huius complementum est 28. Igitur summam ex 28. & 5. id est 33. tolle ex 41. (additis 30. ad Epactam 11.) & residuum 8. erit Epacta propria quæsita. Obserua I. Nicænam Epactam propriam (sic appellatur illa qua vtimur toto tempore Gregorianam reformationem præcedente ad festa mobilia inuenienda) haberi ex vulgari subtrahendo 3. sic anno Christi 325. ex Epacta vulgari 3. demptis 3. restat o pro Epacta Nicæna illius anni. Similiter anno 1582. ex Epacta vulgari 6. demptis 3. restant 3. pro Nicæna illius anni. Obserua II. Reformationem Gregorianam cœpisse anno Christi 1582. Periodi Iulianæ 6295. Romæ & aliquot aliis locis die proximè sequente quartum Octobris, qui dies dictus fuit 15. Octobris ob 10. dies exemptos qui aliàs quintus fuisset. In Gallia verò iuxta edictum Henrici III. datum 3. Nouembris cœpisse die post nonum Decembris immediatè sequente, qui vigesimus dictus fuit ob causam prædictam, qui aliàs dicendus fuerat decimus.

Data cuiusuis anni, siue Christi, siue Periodi Iulianæ Reformationem Gregorianam sequentis, Epactâ vulgari, anticipatione Lunæ, & numero dierum exemptilium propriam Epactam inuenire.

In annis Christi, adde in vnum anticipationis complementum dierum exemptilium numerum & 5. & summam tolle ex data Epactâ vulgari (additis ad hanc 30. semel, iterum, sæpiúsque quantum opus fuerit) & residuum erit Epacta propria. Ex. c. sit datus annus Christi 4088. cuius Epacta vulgaris 14. anticipatio 13. cuius complementum 17. & dierum exemptilium numerus 28. summam igitur ex 17. 28. & 5. id est 50. tolle ex 74. (additis 60. ad Epactam vulgarem 14.) & residuum 24. erit Epacta propria. In annis Periodi Iulianæ idem præstandum, nisi quod non 5. tantùm sed 20. addi debent ad complementum anticipationis, & numerum dierum exemptilium. Ex. c. sit datus annus Per. Iul. 6799. cuius Epacta vulgaris 26. anticipatio 21. cuius proinde complementum 9. & numerus dierum exemptilium 13. Igitur summam ex 9. 13. & 20. id est 42. tolle ex 56. (additis 30. ad Epactam vulgarem 26.) & residuum 14. erit Epacta propria quæsita. Cæterum cùm toto hocce Æræ Christianæ sæculo detractis 10. ex Epacta vulgari habeatur propria, quantum supra 10. detrahi debeat post annum 1700. 1800. 1900. 2000. & consequentes, docuit idem insignis Mathematicus octasticho: quod quia metas huius nostræ Concordiæ hoc est annum 1700. superat, prætermitto.

Epactas mensium seu Regulares inuenire.

Obseruat I. præter Epactam annuam (de qua hactenus diximus) quæ per totum annum eadem durat, & singulis annis mutatur alias esse singulorum mensium proprias, quæ ob id menstruæ dicuntur, & communiter Regulares. Obserua II. Epactas annuas incipere modo ab initio Ianuarij, non autem à Martio, vt olim. His positis dico Ianuarij, & Martij regularem esse nihil, Februarij & Aprilis 1. Maij 2. Iunij 3. Iulij 4. Augusti 5. Septembris & Octobris 7. Nouembris & Decembris 9.

Datâ Epactâ propriâ annuâ diem Nouilunij in dato mense inuenire.

Summam ex Epacta annua & dati mensis regulari tolle ex 31. si fieri cum residuo possit, alioquin ex 61. & residuum erit dies Nouilunij quæsitus. Ex. c. anno 1646. quo Epacta annua fuit 13. quæratur Nouilunium Nouembris, cuius relaris est 9. summam ex 13. & 9. id est 22. tolle ex 31. & residuum 11. erit Nouilunij quæsiti dies: similiter quæratur Nouilunium anno 1647. quo Epacta fuit 24. summam ex 24. & 9. quod est 33. tolle ex 61. & residuum 28. erit dies Nouilunij in Nouembri. At in mensibus ordine paribus, hoc est Februario, Aprili, Iunio, Augusto, Octobri ac Decembri, summam epactæ & regularis (si quidem Epacta sit 25. diuersi à reliquis coloris aut characteris aliáve minor) tolles non ex 31. aut 61. sed ex 30. aut 60. Ex. c. quæratur Nouilunium Decembris anni 1646. summam ex Epacta 13. & regulari 9. id est 22. tolle ex 30. & residuum 8. erit dies Nouilunij quæsitus. In anno verò 1647. summam ex Epacta 24. & regulari 9. id est 33. tolle ex 60. & residuum 27. erit quæsitus dies Nouilunij in Decembri. Alium insuper adiicit modum quem omitto.

Data Epacta propria annua & menstrua seu regulari ætatem Lunæ quocumque die inuenire.

In vnum adde diem mensis propositum Epactam annuam, & dati mensis regularem; & summa aut eius excessus supra 30. vel 60. erit Lunæ ætas quæsita. Ex. c. sit data Epacta 7. quæratúrque ætas Lunæ pro 8. Decembris, cuius regularis est 9. summam igitur ex 8. 7. & 9. id est 24. erit ætas Lunæ quæsita. Quæratur in anno 1647. cuius Epacta fuit 24. ætas Lunæ pro 10. Ianuarij cuius regularis est 0. summa ex 24. & 10. erit 34. cuius excessus supra 30. id est 4. fuit ætas Lunæ. In eodem item anno quæratur ætas Lunæ 29. Nouembris, cuius regularis est 9. summa ex 29. 24. & 9. erit 62. cuius excessus supra 60. id est 2. ostendit Lunæ ætatem. Vulgaris hæc est praxis sed minùs accurata, quia cùm Lunationes sint alternis

alternis dierum 29. & 30. non deberent semper ex summâ subtrahi 30. aut 60. sed interdum 29. aut 59. Vt verò intelligas quandonam 30. aut 60. & quando 29. aut 59. subtrahi debeant, obserua I. in Kalendario Gregoriano sex esse menses in quibus Epacta 25. eodem colore, & charactere quo cæteræ scribitur extra seriem ad læuam Epactæ 24. nimirum Februarij, & Aprilis die 5. Iunij die 3. Augusti Kalendis, Septembris 29. & Nouembris 27. In iisdem porrò mensibus die præcedente Epacta 25. diuerso à reliquis colore vel charactere extra seriem scribitur ad læuam Epactæ 26. Obserua II. in Kalendarij eiusdem septem aliis locis Epactam 25. vni & eidem diei bis adscribi, semel in serie, eodem cum cæteris colore ac charactere, & semel extra seriem ad læuam diuerso à reliquis vel colore, vel charactere. Obserua III. Epactam 19. semel in toto Kalendario, nempe ad 31. Decembris adscribi extra seriem ad læuam Epactæ 20. diuerso à reliquis colore ac charactere. His positis sequitur praxis: si dies datus sit in vno ex sex mensibus paribus, & ætas Lunæ modo supradicto inuenta non excedat numerum dierum qui sunt à proximâ coniunctione Epactarum 24. & 25. inclusiuè vsque ad diem datum, tunc tolle ex summâ solùm 29. aut 59. aliàs semper 30 aut 60. nisi quod in Septembri & Nouembri tolluntur 59. perinde atque in paribus. Exemplum vbi tolluntur solùm 29. habes in 25. Decembris anni 1646. currente Epacta 13. vbi verò tantùm 59. habes in die 8. Iunij currente Epacta 29. & in 30. Nouembris currente Epacta 23. vbi autem 30. aut 60. habes supra. Aliam methodum subiicit, quæ quia supponit numerum dierum anni collectorum vsque ad datum diem, iubet tironem meminisse primum ternarium mensium continere dies 90. & in Bissextili anno dies 91. Secundum dies 91. tertium & quartum dies 92.

Currente Epacta 25. vtra duarum assumenda sit, definire.

Eiusdem cum cæteris coloris, & characteris sumenda est cùm cyclus Lunaris siue aureus numerus ex quo ipsa nascitur minor est quàm 12. & hæc alternis mensibus scribitur ad læuam Epactæ 24. Quando verò aureus numerus non est minor quam 12. sumenda est Epacta 25. diuersi à reliquis coloris, & characteris, quæ alternis vicibus scribitur ad læuam Epactæ 26. Porrò alternis vicibus in Kalendario ex serie Epactarum vna excluditur ad hoc vt lunationes sint alternis dierum 30. & 29. potiùs autem Epacta 25. quàm alia quælibet vt Lunatio Paschalis semper sit 29. tantùm quoad fieri potest. Hac enim exclusa fit tantum semel vna Lunatio Paschalis dierum 30. nempe quando currit Epacta 24. at quæcumque alia excludatur, plures erunt quàm vna dierum 30.

Currente Epactá 19. quandonam vsui sit illa quæ diuerso colore aut charactere à reliquis adscribitur ad læuam Epactæ 20. vltimo Decembris siue anni die definire.

Vsui tunc est, cùm Aureus numerus, ex quo ipsa nascitur, est quoque 19. siue vltimus annus cycli Lunaris. Adhibetur autem ibi eiusmodi Epacta, ne contingat inchoata Lunatione 2. Decembris nullam inueniri Epactam, quæ aliam Lunationem inchoet ante diem 30. Ianuarij anni sequentis, cui affixa est Epacta i.

Datâ Epactâ propriâ literam Martyrologij inuenire.

Obserua I. in Martyrologio Romano ad singulos dies haberi 30. literas, nempe 19. minusculas & 11. capitales, quæ literæ vices gerunt Epactarum ad Lunæ ætatem singulis diebus exhibendam per numeros literis subscriptos. Obserua II. minusculas esse illas, quæ sunt ab a, ad u, inclusiuè, prætermissa sola o, confusionis metu: capitales verò illas, quæ ab A, ad P, prætermissis I, K, L, O. Obserua III. cùm F, capitalis respondeat Epactæ 25. vt est duplex Epacta 25. ita duplicem quoque esse F, capitalem, vnam maiorem respondentem illi, quæ est eiusdem cum cæteris coloris & characteris; alteram minorem respondentem illi, quæ diuersi est à reliquis vel coloris vel characteris. His positis sequitur praxis: Percurre literas minusculas initio facto ab ea, quot vnitates habet

Epacta, si non plures quàm 19. alioquin tot capitales, quot habet supra 19. & vltima quam percurreris, erit litera Martyrologij quæsita, dummodo memineris prætermittere o, minusculum, & quatuor capitales I, K, L, O. Sic quia anno 1646. fuit Epacta 15. Litera Martyrologij fuit n, minuscula, quæ scilicet 13. est inter minusculas. anno vero 1647. Litera Martyrologij fuit E, capitalis vtpote quinta inter capitales sicut Epacta 24. continet supra 19. quinque vnitates. Aduertendum quoque post quamlibet ex 8. prioribus Capitalibus sequi anno proximè sequente minusculam eiusdem nominis; sic post E. literam maiusculam anni 1647. sequuta est e, minuscula anno 1648.

Dato anno Cycli Solaris Iuliani, & post Gregorianam reformationem dato insuper dierum exemptilium numero Literam Dominicalem inuenire.

Cycli Solaris Iuliani dato anno conuenientis complementum (ad 28. qui numerus cyclum integrum complectitur) auctum vnitate diuide per 4 deinde idem complementum vnitate auctum sic diuisum adde ad quotientem diuisionis, & ad dies exemptiles, si qui sunt; id est si datus annus sit post Gregorianam reformationem, & summa ex tribus illis numeris conflata diuidatur per 7. & residuum si quod erit, alioquin ipse diuisor 7. erit index Literæ Dominicalis quæsitæ, seu indicabit, quota ipsa sit in Alphabeto: cui quidem sic inuentæ adiunges anno Bissextili proximè præcedentem ordine alphabetico. Ex. c. anno Christi 325. qui est annus Concilij Nicæni, & cuius Cyclus Solaris est 26. quæratur Litera Dominicalis. Cycli Solaris complementum vnitate auctum erit 3. quo per 4. diuiso quotiens nullus erit (numerus scilicet integer) neque etiam vlli sunt dies exemptiles. Itaque solum 3. diuide per 7. eritque idem 3. residuum: quare Litera Dominicalis erit C. Anno item 4088. quo Cyclus Solaris erit 9. & eius proinde complementum vnitate auctum est 20. anno, inquam, illo quæratur Litera Dominicalis: Diuide 20. per 4. eritque quotiens 5. adde igitur in vnum 20. qui diuisus fuit, 5. qui est quotiens & 28. qui est numerus dierum exemptilium pro illo sæculo & summa 53. diuisa per 7. residuum erit 4. quare D. erit vna è Dominicalibus quæsitis, altera verò erit C. proximè præcedens in Alphabeto.

Ferialem Literam Calendarum cuiusque mensis inuenire.

Inuenies illam beneficio sequentium versuum.

> *Astra Dabit Dominus, Gratísque Beabit Egenos:*
> *Gratia Christicolæ Feret Aurea Dona Fideli.*

Voces illæ 12. conueniunt totidem mensibus initio ducto à Ianuario, & prima cuiusque vocis ex illis litera, est ipsa litera Ferialis Kalendarum illius mensis cui talis vox conuenit. Quia ergo (Dona) conuenit Nouembri meritò concludes literam D. affixam esse primo diei Nouembris.

Data Litera Dominicali data diei feriam inuenire.

In vnum adde complementum Indicis Literæ Dominicalis (complementum scilicet ad 7.) & indicem Literæ Calendis dati mensis affixæ, & diem datum, & summâ per 7. diuisa, residuum si quod erit, alioquin ipse diuisor 7. erit index feriæ quæsitæ. Ex. c. quæratur in quam Feriam cadat Christi natalis anno 1653. quo Litera Dominicalis fuit E. summam ex 6. qui index est Literæ F. Kalendis Decembris affixæ & 25. id est die dato, & denique 2. quod est complementum Indicis Literæ Dominicalis F. summam, inquam, ex illis tribus numeris hoc est 33. diuide per 7. & residuum 5. erit Index feriæ quæsitæ. Aliam quoque methodum exhibet. Verùm in re omnibus obuia, quæ nuda Calendarij inspectione opus habet nolui diutiùs immorari.

Vtrum datus annus sit Bissextilis cognoscere.

In annis Christi diuide per 4. duas figuras dexteriores: quo facto, si diuisionis nullum sit residuum, erit annus Bissextilis: si verò sit aliquod, ipsum indicabit quotus sit annus à Bissextili. Quòd si illarum vtráque sit chifra, id est si annus centesimus aliquis, tunc si annus ille præcedat Reformationem Gregorianam, erit Bissextilis: si verò eam sequatur, tunc solùm erit Bissextilis, cùm diuisis per 4. reliquis figuris, residuum diuisionis est nullum: sic anni 1600. 2000. 2400. 2800 & similes erunt Bissextiles, non item 1700. 1800. 1900. 2100. 2200. 2300. 2500. 2600. 2700. & similes. In annis verò Periodi Iulianæ ante Reform. Gregorianam detrahenda est vnitas, priusquàm duæ figuræ dexteriores per 4. diuidantur. Post reformationem verò Gregorianam, id est post annum Christi 1582. & Periodi huius Iulianæ 6295. notandum est, quòd si figuræ detractâ vnitate diuisæ faciant 12. tunc licet diuisionis nullum sit residuum, non erit tamen semper annus Bissextilis ob tres Bissextos spatio 400. annorum, ex præscripto Gregorij deinceps omittendos, sed tunc solùm cùm numero, quem reliquæ figuræ faciunt aucto vnitate, & diuiso per 4. residuum quoque diuisionis nullum fuerit.

Festorum mobilium terminos citimos assignare.

Obserua I. Festa Mobilia sex esse: Septuagesimam, Diem cinerum, PASCHA, Ascensionem Christi, Pentecosten, & Festum Corporis Christi: Obserua II. citimum cuiusque terminum esse diem illum, quo ita celebrari non potest, vt proximè post eum possit. His positis; citimus terminus Septuagesimæ est 17. Ianuarij, Diei cinerum 3. Februarij, PASCHATIS 21. Martij, siue ipse dies Æquinoctij verni, Ascensionis 29. Aprilis, Pentecostes 9. Maij, denique Festi Corporis Christi 20. eiusdem Maij.

Paschatis adeóque Festorum Mobilium proprios terminos, ipsáque Festa anno quocumque proposito inuenire.

Obserua I. Pascha ad quod cætera Festa Mobilia diriguntur, à Iudæis olim ex Lege Mosis celebratum fuisse semper 14. die mensis Nisan, qui primus erat in anno sacro: à Christianis verò celebrari debere semper Dominicâ proximè sequente post 14. diem Lunationis Paschalis, quæ Hebræorum mensi Nisan respondet. Censetur autem illa Lunatio esse Hebræorum Nisan, siue Paschalis, quæ est prima eorum omnium, quarum 14. dies non anteuertit æquinoctij verni diem, qui modò defixus est in die 21. Martij; adeò vt, si cuius Lunationis 14. dies incidat in 20. Martij, ea non censeatur Paschalis, sed proximè sequens, quæ incipit 5. Aprilis, multóque magis id dici debet de Lunationibus illis, quarum 14. dies citiùs adhuc contingit. Obserua II. cùm, vt modò diximus, citimus terminus Paschatis sit ipse Æquinoctij verni dies Martij 21. affixus, Lunationem Paschalem non posse incipere ante 8. Martij, quia alioquin eius 14. dies caderet ante Æquinoctium. Item non posse prius finiri Lunationem illam, quàm die 7. Aprilis, ad cuius latus est Epacta 24. nec etiam posse tardiùs incipere, quàm 24. die Martij; quia si inciperet 25. haberet indicem sui Epactam 23. quæ iam aliam Lunationem designauit in eodem mense, quod nequit fieri. His positis sequitur praxis: Epactam currentem tolle ex 23. si potes, hoc est, si non sit minor, quàm 23. alioquin ad 23. adde complementum Epactæ, & residuum, vel summam adde citimo festi quæsiti termino (vnitate tamen priùs minuto, si Epacta sit 25. à reliquis diuersa vel colore, vel charactere, aut 24) & summa inchoata ab illo ipso die, à quo & citimus terminus incipit, dabit festi terminum proprium anni illius, pro quo quæritur festum. Festum autem ipsum celebrabitur feriâ, quæ talis festi propria proximè post inuentum illum terminum occurret, puta Dominicâ pro Pascha, Pentecoste, & Septuagesimâ, feria 4. pro Cineralibus, & feria 5 pro Ascensione, ac Festo Corporis Christi. Quia verò in solo Paschate est difficultas, à quo Mobilia cætera festa statis fixísque pendent interuallis, de eo exempla dumtaxat afferam. I. Sit datus annus 1648. cuius Epacta V. & Literæ

Dominicales E D. Ex 23. tolle 5. & residuum 8. adde ad 21. Martij, qui est citimus terminus Paschalis, & summa 29. numeranda à principio Martij, hoc est 8. dies Aprilis, fuit Paschatis terminus proprius anni illius, qui terminus cùm in Feriam 4. incurrerit, ostendit Pascha celebratum die 12. Aprilis. II. Sit datus annus 1655. cuius Epacta 23. & Litera Dominicalis C. Ex 23. tolle Epactam 23. & nullum erit residuum, quod addas citimo Paschatis termino, proindéque ipse 21. dies Martij, erit terminus citimus, qui cùm in Dominicam cadat, ostendit Pascha celebrandum sequenti Dominica 28. Martij, adeóque Septuagesimam die 24. Ianuarij, Diem Cinerum 10. Februarij; Ascensionem 6. Pentecosten 16. & Festum Corporis Christi die 27. eiusdem Maij mensis.

Primam Dominicam Aduentus inuenire.

Quære Dominicam Festo S. Andreæ Apostoli, id est diei 30. Nouembris proximam, siue ante, siue post, illa enim erit Dominica prima Aduentus Vnde sequitur Dominicam primam Aduentus semper cadere in vnum ex illis septem diebus, qui sunt à 27. Nouembris ad 3. Decembris inclusiuè vtrobique.

Quot sint Dominicæ post Pentecosten definire.

Si Pascha sit post diem 25. Aprilis, siue Festum S. Georgij, tunc erunt tantùm 23. Dominicæ post Pentecosten: si Pascha celebretur ante 23. Aprilis, & nulla intermedia sit Dominica, erunt tantùm 24. Totidem verò post Pentecosten erunt Dominicæ supra 24. quot interponentur Dominicæ à Pascha exclusiuè, vsque ad 23. Aprilis inclusiuè. Sic annis 1655. & 1657. erunt 27. Dominicæ, annis 1656. & 1658. 24. anno denique 1666. quo Pascha celebrabitur die 25. Aprilis erunt tantùm 23 Dominicæ post Pentecosten. Aduerte autem vnitate decurtandum esse Dominicarum illarum numerum, si non à Festo Pentecostes, vt Romana consueuit Ecclesia, sed ab eius octauâ siue Festo Trinitatis accersere cum quibusdam Germanis, & Dominicas post Trinitatem vocitare volueris.

Loca Solis ac Lunæ in Zodiaco quocumque die anni inuenire, & quot horas Luna noctu luceat definire.

Has propositiones prætermisi, necnon vltimam, quæ docet ***diem datum à Nonis, Idibus aut Calendis vel contra inuenire***, quòd ea tutiùs ex leui oculorum coniectu in Kalendarium, quod Precariis libellis præfigitur, quàm vllis Mathematicorum præceptis haberi queant. Obseruandum tamen I. in quolibet mense tres esse dies, qui in recto & sine vllius numeri addito denominantur: vnus à Nonis, alter ab Idibus, tertius à Kalendis: Et ille quidem, qui à Kalendis semper est primus dies mensis, qui verò à Nonis est 7. in Martio, Maio, Iulio, & Octobri; in reliquis verò est 5. denique qui ab Idibus est 15. in quatuor prædictis mensibus in reliquis 13. Nonarum autem appellatio inde orta est, quòd earum dies sit nonus à die Iduum retro numerando. Obseruandum II. Omnes dies, qui interiecti sunt inter duos ex tribus iam dictis, sortiri appellationem posterioris, sed in accusatiuo saltem sæpiùs, & cum addito numeri ordine retrogrado procedendo, excepto saltem illo, qui cum à binario denominari II. Nonas, vel Idus, vel Kalendas deberet, pridie Nonas Idus, & Kalendas dici solet saltem sæpiùs & elegantiùs. A Nonis itaque denominantur quatuor dies vel sex, qui sunt inter Kalendas, seu primum mensis cuiusque diem & Nonas; ab Idibus octo illi, qui sunt inter Nonas & Idus; à Kalendis denique mensis sequentis dies omnes mensis præcedentis, qui sunt post Idus. Sunt autem modò 16. modò 17. modò 18. aut 19. quot videlicet supersunt, si ex numero dierum mensis præcedentis aucto vnitate tollatur dies Iduum eiusdem mensis. Obseruandum III. diem qui proximè sequitur vnum aliquem è tribus in recto denominatis sortiri quoque eiusdem denominationem in accusandi casu, sed cum aduerbio Postridie, vt epistola 7. libri 14. ad Atticum statim initio, Postridie scilicet Idus. Obseruandum IV. Epistolam libri 11 ad Atticum datam esse 18. Kalendas Quintiles, quod supponit Iunium saltem dies 30. tunc habuisse, nisi mendum in numeros irrepserit; proindéque supponit fuisse tunc factam reformatio-

nem Iulianam. Nam ante eam Iunius dies habuit solùm 29. Addam hîc quoque duo à Mulerio iam obseruata, I. discendam Tironibus dierum notationem *A. d. iij. Kal. Febr.* quod sic effertur, Ante diem tertium Kalendas Februarij, vel Februarias: vel, Ante diem tertium Kalendarum Februarij, siue Februariarum, qui est trigesimus dies mensis Ianuarij: Item, *Ex a. d VI. Eid. Mart.* Ex ante diem sextum Eidus Martias, vel, Ex ante diem sextum Eiduum Martij, vel Martiarum, qui decimus est dies Martij. II. ab Ausonio Ep. 19. diem decimumquartum Decembris sic exprimi:

Transierant Eidus: medius suprema December
Tempora venturo properabat iungere Iano;
Et nonasdecimas ab se nox longa Kalendas
Iugiter acciri celebranda ad sacra iubebat.

Quæ verba ipse sic interpretatur: *Iam prima nox erat*, inquit, *ante diem nonumdecimum Kalendarum Ianuariarum, quum redditæ sunt mihi literæ tuæ oppidò quàm literatæ.*

Superest modò, vt adtexamus sequentem Tabulam de Aureo numero in annis quibuslibet Iulianæ Periodi facillima methodo inuestigando, & ad nostra nostro more methodóque pertexenda procedamus.

TABVLA CYCLI LVNARIS
SIVE AVREI NVMERI
IN PERIODO IVLIANA.

In Annis expansis.						*In Annis collectis.*	
1.	20.	39.	58.	77.	96.	5.	100. 2000. 3900. 5800. 7700.
2.	21.	40.	59.	78.	97.	10.	200. 2100. 4000. 5900. 7800.
3.	22.	41.	60.	79.	98.	15.	300. 2200. 4100. 6000. 7900.
4.	23.	42.	61.	80.	99.	1.	400. 2300. 4200. 6100.
5.	24.	43.	62.	81.	100.	6.	500. 2400. 4300. 6200.
6.	25.	44.	63.	82.		11.	600. 2500. 4400. 6300.
7.	26.	45.	64.	83.		16.	700. 2600. 4500. 6400.
8.	27.	46.	65.	84.		2.	800. 2700. 4600. 6500.
9.	28.	47.	66.	85.		7.	900. 1800. 4700. 6600.
10.	29.	48.	67.	86.		12.	1000. 2900. 4800. 6700.
11.	30.	49.	68.	87.		17.	1100. 3000. 4900. 6800.
12.	31.	50.	69.	88.		3.	1200. 3100. 5000. 6900.
13.	32.	51.	70.	89.		8.	1300. 3200. 5100. 7000.
14.	33.	52.	71.	90.		13.	1400. 3300. 5200. 7100.
15.	34.	53.	72.	91.		18.	1500. 3400. 5300. 7200.
16.	35.	54.	73.	92.		4.	1600. 3500. 5400. 7300.
17.	36.	55.	74.	93.		9.	1700. 3600. 5500. 7400.
18.	37.	56.	75.	94.		14.	1800. 3700. 5600. 7500.
19.	38.	57.	76.	95.		19.	1900. 3800. 5700. 7600.

CAPVT SEXTVM.

DE PASCHATE CHRISTIANO ANTE & post emendationem Kalendarij Iuliani à Gregorio XIII. Papa factam, eiusque vsu in rebus Chronologicis.

QVID *sancti Patres ab initio fermè nascentis Ecclesiæ de Paschate ritè celebrando sanxerunt?*

Triplex omnino Veterum est super ea re sanctio. Primò, vt Paschalis illa solemnitas, quæ est caput & metropolis Festorum omnium, post æquinoctium vernum peragatur mense primo, qui etiam mensis nouorum dicitur. Secundò, vti id fiat Dominica non alia hebdomadis die, quia eâ feriâ Christus Dominus ab inferis resurrexit. Tertiò, vt non ipsâ 14. Lunâ, si in Dominicam incurrat, sed semper proximâ post eam Dominica celebretur. Horum autem trium duo priora ad cursum Solis, tertium ad Lunam pertinet.

Quodnam ad Pascha ritè ex præscripto maiorum celebrandum adhibuerunt Æquinoctium Nicæni Patres?

Populare illud quidem, (neque enim Ecclesia multùm curat exactas nimisque scrupulosas supputandi rationes, dummodo se ad vsus ciuiles accommodet.) verùm ad Astronomicos calculos, quantum ea ferebant tempora satis accuratè directum. Quia ergo circa annum Christi 325. quo Nicænum Concilium celebratum fuisse sæpiùs monuimus, Æquinoctium vernum Martij ferè 21. die committi videbatur, ideò hic ipse dies perpetua deinceps lege Ecclesiastico simul, & ciuili æquinoctio præfixus est.

Quis est mensis primus, seu Nouorum, quem Paschalem vocamus?

Cuius decimaquarta dies vel in ipsum æquinoctij verni cardinem, hoc est diem 21. Martij, vel proximè post eum incidit. Vnde Neomenia citima Paschalis in 8. Martij conuenit, remotissima verò in 5. Aprilis; ideóque, quæ Neomenia seu Luna prima ab 8. Martij ad 5. Aprilis diem incurrit, ea sine dubio Paschalis est, dátque initium primo Mensi Nouorum dicto, & Dominica post eius decimamquartam proximè consequente celebrabitur Pascha. Ex quo deinde sequitur citimum terminum Paschalem (ita Luna 14. numerari solet) defixum esse in 21. die Martij; ideóque nec eo die, nec vmquam ante illum diem, posse celebrari Pascha, remotissimum verò terminum Paschalem consistere in die 18. Aprilis, Dominicam denique Paschalis citimam Martij 22. diei competere, remotissimam verò Aprilis 25. ita vt nec vmquam priùs 22. Martij, nec tardiùs 25. Aprilis, qui dies D. Marco sacer est, fas fuerit Pascha indicere. Quod vltimum cùm accidit (vt superioris sæculi anno 46. & nostri huius 66. fiet Litera Dominicali C.) locus est vulgari Prouerbio: Georgius mortuum, Marcus resurgentem, Ioannes per compita vidit triumphantem.

Quâ demum ratione in anno Iuliano Dominica Paschalis, ex quâ

festiuitates per annum pene omnes & Dominicarum cæterarum contextus dependet, inuestiganda est.

Id planissimè nullóque negotio fiet, si librum hunc nostrum volutare volueris, ad singulos enim Æræ Christi annos, non solùm Pascha secundùm Canones Nicæni Concilij & Alexandrinos calculos exhibetur, sed etiam quid ex Victorij Aquitani, & quorundam Latinorum laterculis discriminis interdum contigerit diligenter annotatum est. Quod si nostra hac Concordia careas, suadeo, vt proposito quolibet æræ Christianæ anno, cuius Pascha quæratur, v. g. 646. 1500. vel 1655. &c. annos illos Christi vno addito per 19. diuidas, reliquum erit numerus aureus seu nota decemnoualis cycli in cursu illo anno existentis. Quam notam in Kalendario quærito, qui enim dies numerum illum adscriptum habet ab 8. die Martij, vsque ad diem 5. Aprilis repræsentabit tibi Paschalem Neomeniam cui terminus suus in magna Paschali Tabella respondet. Cyclum deinde Solis, vel ex nostra Concordia, vel aliunde tibi cognitum, vna cum Dominicali litera ipsi competente admoueto. Ea quippe Paschalem esse diem illum demonstrat, cui ipsa post terminum proximè illigata apparet.

Quot vertentibus annis Dominicarum Paschalium series tenorem suum absoluit in veteri Methodo Kalendarij Romani?

Annis 532 quibus constat magnus Cyclus Dionysianus ex Solis ac Lunæ Cyclis in sese ductis consurgens, & ab anno Christi Conceptione ac Natalibus insigni, qui Æræ Christianæ caput antecedit, inchoatur. Inde factum est, vt post annos 532. Paschales Dominicæ eodem semper ordine recurrerent, vt in expansis Dionysij Exigui Abbatis Romani, & Venerabilis Bedæ cyclis per otium tibi licebit obseruare.

Est ne modò in vsu vetus illa Paschatis inueniendi methodus?

Desiit ab anno 1582. quo decem dierum exemptione iussu Gregorij XIII. Romani Pontificis recensitum est Kalendarium. Eius tamen Notitia Chronologo cuique apprimè necessaria est, cùm in Annalibus atque Historiis, Paschatum, aliorúmque Festorum, similiúmque temporis characterum, qui ex eadem prisca methodo pendent, mentio frequentissima occurrat. Adde quòd gregales Caluini Lutherique in Anglia, Dania, Suecia, Hollandia, Geneuæ, nonnullisque Heluetiorum ac Germaniæ Prouinciis veterem adhuc anni formam sequantur, & Pascha diuerso à Catholicis die, ac nonnumquam integro mense tardiùs quàm par sit celebrent. Quod in actis atque epistolis significant, dum veterem nouúmque stylum, hoc est computandi modum Gregorianum Iulianúmque adscribunt.

Cedo methodum facilem & expeditam inueniendi Paschatis Iuliani, cuius vsus fuit apud Catholicos ante Castigationem Gregorianam?

Si libro hoc nostro careas, qui singulis annis adscriptum Pascha omnibus etiam imperitissimis repræsentat, vel illapsum fortè incuria librariorum in notas arithmeticas errorem emendare volueris, ecce tibi Tabulam Magni Cycli Dionysiani ad methodum inquirendi Paschatis exactam, in cuius fronte seu superioribus cellulis à sinistra ad dextram vergentibus descriptus est numerus aureus cum terminis ipsis Paschalibus ipsisque dierum literis quibus termini illi congruunt: à summo autem ad imum sensim descendendo exporrigitur cyclus Solis cum suis Dominicalibus literis.

Doce iam amabo quis sit & quantus huius Tabulæ fructus & vsus?

Dato anno quolibet Christi numerum eius aureum in fronte Tabulæ quærito, tum ad sinistram cyclum eiusdem anni Solarem, in proselide siue communi angulo ac concursu Lineæ descendentis, atque ex obliquo secantis diem Paschæ reperies. Ex. gr. quæritur in quem diem incurrerit Pascha anno Christi 360. Diocletiani 76. cuius Lunæ cyclus fuit 19. Solis 5. Accede ad Tabulam communis vtriusque cycli angulus siue proselis dabit 23. Aprilis, de quo & de Paschate anni 387. pluribus disputat S. Ambrosius in Epistola 83. ad Episcopos Æmiliæ, vt monuimus in concordiâ ad eosdem annos, vbi etiam Proterij Patr. Alexandrini epistolam ad S. Leonem adduximus. Eadem est ratio in aliis omnibus: v. g. si quis scire cupiat, quo die anno 1655. Angli, Dani, Sueci, Hollandi, cæterique Romanæ Ecclesiæ non obsequentes sectarij celebrarunt Pascha, cyclus Solis est 12. Lunæ 3. Litera Domin. G. communis angulus dabit diem 15. Aprilis, quo Pascha peregerunt suum.

Quid sibi vult subiungi solita Tabulæ Paschali Tabella altera, quam nos in meliorem formam redegimus.

Continet solemnes aliquot Dominicas & Festa, vt vocant, Mobilia, quæ Pascha vel antecedunt, vel sequuntur, ab eóque singulis quibusque annis omnino dependent. Dies autem in illa Tabellâ adscripti ostendunt quanto interuallo Dominicæ illæ à Paschate discrepent, adeóque ad diem Paschatis additi si illæ subsequantur, vel de eo detracti si præcedant, quæsitos dies in Kalendario absque vllo errandi periculo demonstrant.

TABELLA DOMINICARVM FESTORVMQVE MOBILIVM QVÆ A PASCHATE PENDENT.

DOMINICA Septuagesimæ, Græcis dicta προσφωνήσιμος, distat à Paschate diebus 63. siue 9. Hebdomadibus.

Dominica Sexagesimæ, ἀπόκρεως, diebus 56.

Dominica Quinquagesimæ, τυροφάγος, diebus 49.

Dies Cinerum, siue caput Quadragesimæ, diebus 46.

Dom. I. Quadragesimæ, siue *Inuocauit*, diebus 42.

Dom. II. Quadragesimæ, siue *Reminiscere*, diebus 35.

Dom. III. Quadragesimæ, siue *Oculi*, diebus 28.

Dom. IV. Quadragesimæ, siue *Lætare*, diebus 21.

Dom. V. Quadragesimæ, siue *Iudica*, vel Passionis, diebus 14.

Dom. VI. Quadragesimæ, siue Palmarum & Osanna, diebus 7.

PASCHALIS SOLEMNITAS.

Dom. I. post Pascha, siue *Quasimodo*, diebus 7.

Dom. II. post Pascha, siue *Misericordia*, diebus 14.

Dom. III. post Pascha, siue *Iubilate*, diebus 21.

Dom. IV. post Pascha, siue *Cantate*, diebus 28.

Dom. V. post Pascha, siue *Vocem Iucunditatis*, diebus 35. Eadem vulgò dicitur Dom. ante Rogationes, quæ tribus diebus celebrantur ante Festum Ascensionis.

Ascensio Domini post Pascha diebus 39. & 10. ante Pent.

Dom. VI. post Pascha, siue *Exaudi*, & in Octaua Ascensionis, diebus 42.
Dominica PENTECOSTES, diebus 49. post Pascha.
Dom. I. post Pentecosten, siue SS. Trinitatis, diebus 56.
Festum SS. Sacramenti, siue Corporis Christi, diebus 60. post Pascha, & 11. post Pentecosten.
Dom. II. post Pentecosten, siue in Octauâ Corporis Christi, diebus 63. & sic de cæteris post Pentecosten vsque ad Aduentum.

Idem quoque de his aliisque Dominicis per annum celebrari solitis præstari potest Beneficio Kalendarij siue Gregoriani, siue Iuliani, modò notus sit tibi dies Paschatis, adeóque & Litera Dominicalis illius anni, cuius literæ indicio Dominicas vel ante vel post Pascha numerare ac distinguere facillimum erit.

Quis verò fructus huius Tabellæ?

Oppidò maximus: si enim in Græcis, Latinis, vernaculísque Historiis Pentecostes v. g Ascensionis, Cinerum, vel Dominicæ alicuius, puta Quinquagesimæ, vel Palmarum, aut *Misericordia Domini*, alteriúsve in *superiori pinacidio* comprehensæ, fiat mentio, eàque festiuitas, aut Dominica, vel feria hebdomadis festiuitatem illam ac Dominicam antecedentis aut consequentis perhibeatur incidisse in certum aliquem Iuliani mensis diem, tunc per huius Dominicæ, vel Festiuitatis vestigia licebit ad annum illum eiúsque Characterismos peruenire.

Cùm non parui, vt video, momenti sit res ista in Chronologicis, eam aliquot exemplis illustrare ne graueris?

Tria dumtaxat hîc paucis proponam. Primum hoc esto. Constantinus Magnus Imperator obiit die 22 Maij mensis, auctore Socrate in calce libri primi Historiæ Ecclesiasticæ, ipsóque Pentecostes die, vt in eius vitâ scribit Eusebius. Libet inuestigare quoto Christianæ æræ anno istud acciderit. Dies Maij 22. à Kalendis Ianuarij est 142. deductis ergo 49. diebus (totidem enim distat Pentecoste à Paschate) de 142. restant 93. Igitur Pascha illo anno contigit die 3. Aprilis Litera Dominicali B. Cùm verò aliunde certum sit Constantinum post annum 330. & ante 340. mortuum esse, & nullus alius annus per id tempus Pascha in 3. Aprilis die habeat, neque Litera Dominicali B. præditus sit, nisi annus 337. concluditur illo anno Constantinum obiisse Cyclo Lunæ 15. Solis 10. quos si quæras in Tabula Paschali Cycli Dionysiani communis angulus siue prosélis exhibebit Pascha in die Aprilis tertio.

Alterum exemplum repeto ex Historiâ Gallicâ. S. Audoenus Rothomagensis Arch. c. 14. lib. 1. Vitæ S. Eligij Nouiomensis Episcopi testatur anno Clodouei II. Francorum Regis tertio consecratum se fuisse Episcopum eadem qua & sanctus Eligius Dominica die ante Litanias pridie Idus Maias siue 14. die Maij. His characteribus designatur annus Christi 646. quo Litera Dominicalis fuit A. cyclo Solis 11. Lunæ 1. Pascha 9. Aprilis, Ascensionis solemne 18. Maij, adeóque Dominica, quæ illud festum triduanásque Litanias antecessit, Maij 14. seu pridie Idus Maias. Vnde eruditi Chronologi primum annum Clodouei II. arcessunt ab anno Christianæ æræ 644. quo obiit eius parens Dagobertus die 19. Ianuarij.

Tertium exemplum statuo in anno mortis Othonis Magni Imperatoris, quem fuisse Christi 973. ex eo probo, quòd Historici defunctum eum scribant feria 4. ante Pentecosten die 7. Maij Annus hic cyclum Solis habuit 2. Lunæ 5. Literam Dom. E. ex quo primò colligitur 7. Maij diem, qui in Kalendario adscriptam habet Literam A incidisse in feriam 4. quippe ab A. ad E. seu ad 4. Maij, retro numerando dies sunt 4. Vlterius deinde procedendo alterum huius anni characterem eruo ex festo Pentecostes. Pascha celebratum est Martij 23. qui dies est 82. à Kalendis Ianuariis, cui adiungendo dies 49. qui Pascha inter & Pentecosten labuntur, erunt dies 131. qui desinunt in diem 11. Maij, quæ fuit Dominica Pentecostes; vnde retro numerata & quæsita feria 4. reperitur in die 7. Maij.

Infinita sunt eiusdem rationis exempla, quæ ad singulos propemodum Concordiæ nostræ annos, præsertim à quarto post Christum natum sæculo ad nostra vsque tempora non indiligenter nec parcâ manu congessimus, quibus hoc loco sigillatim referendis supersedemus.

CAPVT SEPTIMVM.

DE LVSTRO, AGONIBVS NERONEO ac Capitolino, & ludis sæcularibus.

QVID *est Lustrum Romanum?*

Spatium est quinque solidis annis definitum: in quo differt ab Olympiade Græca, & Quadriennio Iuliano, quæ quatuor dumtaxat solidos annos ambitu suo comprehendunt: Festus definit quinquennale spatium, in quot scilicet annos prædia olim locari solebant.

Lustrum vnde dictum?

A luendo, hoc est à soluendo, deriuat Varro, quòd quinto quoque anno sub Regibus primò, tum sub Consulibus, vectigalia tributáque exigebantur, facultates singulorum recensebantur, & idonea ad bellum ætas dignoscebatur: quod munus dicitur fuisse Censorum. Alij à luendo, hoc est purgando, expiando, abluendo deducunt, auctore Liuio: cuius hæc sunt verba libro 1. Omnes centuriæ & Equites in Campum Martium conuocati, sue, oue, tauro cæsis immolarunt, quod Lustrum est dictum: Sícque à sacrificio illo (quod Suouetaurilia vnâ nonnumquam voce profertur) census obtinuit nomen Lustri; quod tunc conditum dicebatur, cùm in censendo finis factus esset.

A quo primùm Romano Rege Lustrum conditum, census que institutus?

Liuius libro 1. & Dionysius Halic. libro 4. Seruio Tullio sexto Romanorum Regi institutum istud Reipublicæ magnopere necessarium vindicant, eo tamen discrimine, quòd Liuius res à Tullio gestas bellicas primùm, deinde ciuiles commemoret: Halicarnasseus autem priore loco de censu ac lustro, déque ciuilibus Tullij institutis tractet, quàm de bello Hetrusco, quod ipsis 20. annis perseuerasse narrat, quibus euolutis Hetrusci Tullio sese tandem penitus subiecerunt.

Quo verò Tullij regnantis anno censum actum Lustrúmque conditum putas?

Onufrius Panuinius leui admodum coniecturâ ductus anno V. C. 188. Seruij Tullij 12. vel sanè præcedenti id factum sibi alijsque persuasit: alij 10. malunt. Ego aut ad ipsa regni Tulliani primordia pertinere, aut certè quarto eius quintóve anno consignandum arbitror. Cùm enim Censorinus cap. 18. inter primum Lustrum à Tullio conditum, & lustrum, quod à Vespasiano Imp. V. & Tito Cæsare III. Consulibus ac Censoribus factum est anno Christi 74. Vrbis conditæ 827. annos dicat intercessisse 650. certum est eos aut cœpisse anno fundatæ Romæ 177. Seruij sexti Romanorum Regis primo, si nihil decerpendum sit de summa annorum 650. vel circiter annum V. C. 180. Seruij in regno quartum, si tan-

tùm anni 645. quod videntur indicare Cenſorini verba iſta, plus minus, numerandi ſint. Neque verò ex Liuio quicquam certi poteſt erui, quo luſtrum ad duodecimum vſque annum à Seruio prorogatum fuiſſe probari poſſit: cùm priùs, quæ ad ciuilem adminiſtrationem, delectum ad militiam habendum, ſumptus bellicos ſubminiſtrandos, ac ſimilia, videatur ordinaſſe Sapientiſſimus Princeps, quàm de bello finitimus Hetruſcis, vt ea ferebant tempora, potentiſſimis hoſtibus inferendo cogitaret.

Fuerúntne perpetuo tenore poſt primum Seruij cenſum ſingulis quinquenniis condita luſtra?

Nequaquam, cùm & multis annis omiſſa, & identidem longo interuallo repetita fuiſſe fidem faciant veteres Annales: ideóque ex Faſtis Capitolinis, qui numerum Luſtrorum fideliter annotant, & nominatim anno V. C. 574. luſtrum inſtitutum fuiſſe 50. docent, explorati nihil de primo illorum initio colligi poſſit: cùm enim 50. luſtra annos dent dumtaxat 250. inde conſequens foret Luſtrorum originem anno V C. circiter 324. eſſe affigendam, quod falſiſſimum eſt.

Quot annis definitus fuit Agon Neroneus?

Verè Quinquennalis, ſeu Pentaëtericus, fuit agon ille: hoc eſt, quinque ſolidis annis vertentibus inſtauratus fuit eo prorſus modo, quo Romanum luſtrum, non verò, vt Græcorum Olympias, vel anni Iuliani Quadriennium.

Quo anno cœpit Agon ille?

Anno V. C. 813. Iuliano 105. æræ Chriſtianæ 60. quod ex Cornelio Tacito conſtat, qui libro 14. teſtatur Nerone Aug. IV. & Cornelio Coſſo Conſulibus Quinquennale ludicrum ab eo Principe inſtitutum ad morem Græci certaminis.

Quoties peractus eſt Agon ille Neronis tempore?

Ter: primò anno V. C. 813. de quo non ſolùm citatus Tacitus libro 14. ſed etiam Euſebius in Chronico num. 2076. Secundò anno V. C. 816. ídque extra ordinem: cuius non tantùm meminit idem Euſebius num. 2079. his verbis: Nero Romæ in Cithariſtarum agone contendens omnes ſuperat; ſed etiam Suetonius cap. 21. Cùm magni, inquit, æſtimaret cantare, Neroneum agona ante præſtitutum diem reuocauit. Tertiò denique anno V. C. 818. Silio Neruâ, & Attico Veſtino Coſſ. poſt ſolidos quinque annos à primo agone elapſos: de quo Tacitus idem libro 17. Annalium.

Quid ſignificat Agon Capitolinus Domitiani Imperatoris?

Ludicrum triplex, Equeſtre, Gymnicum, ac Muſicum in honorem Capitolini Iouis inſtitutum à Domitiano XII. eius ac Dolabellæ Conſulatu, hoc eſt anno V. C. 839. Iuliano 131. Æræ Chriſtianæ 86. quo quintus illius Imperij labebatur annus.

Fuítne agon ille Domitiani, Capitolinus vulgò dictus, inſtar Luſtri Romani aut Neronei certaminis quinque ſolidorum annorum ſpatio circumſcriptus?

Minimè: ſed Olympiadum more quarto quoque anno confecto, ineunte quinto redibat. Quod ex Cenſorino apertè colligitur, dum anno Chriſtianæ æræ 238. quo ſcribebat agonem vndequadrageſimum dicit inſtauratum: anni enim 152. quot ab anno Chriſti 86. ad 237. excurrunt per 4. diuiſi dant agonas 38. proindéque liquidò demonſtrant anno ſequenti 238. cœpiſſe agonem numero trigeſimumnonum.

Estne certus omninò ac penitus exploratus Sæculi Romani modus, seu orbis ille annorum quem veteres Romani sæculum appellabant?

Censorinus cap. 17. ingenuè fatetur incertum esse. Alij enim, vt Valerius Antias, & M. Terentius Varro centesimo quoque anno institutos sæculares ludos existimarunt, quibus haud dubiè accessit Liuius libro 136. qui & sæculi terminum centesimo anno circumscripsit. Alij centesimo ac decimo definierunt sæculum sæcularésque ludos, vt Horatius in Carmine Sæculari:

Certus vndenos decies per annos
Orbis, vt cantus referátque Ludos,
Ter die claro totiésque gratâ
Nocte frequentes.

Necnon Commentarij Quindecimuirorum, ad quos ceremoniæ huius sacrarúmque expiationum pertinebat procuratio, qui proinde in describendis sæcularium Ludorum interuallis à Valerio Antiate discrepant.

Vtram sententiam alteri præferendam putas?

Eam quæ Antiatis, Varronis, ac Liuij testimonio communita est, ideóque existimo primos sæculares Ludos à Valerio Publicolâ institutos esse anno V. C. 245. esto Quindecimuirales Commentarij ad annum 248. retulerint triennio tardiùs. Secundos anno V. C. 305. Tertios anno 505. Quartos anno 605. (licet Piso Censorius, & quidam alij cum anno Romæ 608. componant) Quintos anno 737. editoribus Augusto atque Agrippa. Sextos anno 800. sub quarto Claudij Imperatoris Consulatu. Septimos anno 841 sub Domitiano X V I. Consule cum L. Minutio Rufo. Octauos denique anno V. C. 957. sub Impp. Septimio Seuero eiusque filio Antonino Caracallâ anno Christi 204. quorum meminit etiam Zosimus libro Historiæ suæ altero. Ex iis verò manifestum est, quod annotauit Censorinus, neque post centum præcisè, neque post centum ac decem annos, statam constantémque fuisse Ludorum illorum instaurationem, ideóque ex hisce Ludis Sæcula inter se discerni non posse, multóque minus sæculare spatium exactè centum ac decem annorum fuisset, cùm Romani Scriptores omnes centenis annis inclusa fuisse sæcula testentur.

Quare ergo Sæculares dicebantur ij Ludi, si non aut exeunte aut ineunte præcisè quolibet sæculo fierent?

Sæculares eapropter dictos censeo, quòd mediis saltem Reipublicæ temporibus præterpropter accederent ad centenarium numerum, licet aut illum aliquantisper excederent, aut non omninò assequerentur: ideóque certa lege nullóque definito interuallo, sed pro rerum temporúmque opportunitate, seriùs citiùs fuisse redditos, cùm à primis ad secundos anni 61. à secundis ad tertios anni 201. hinc ad quartos 100. à quartis ad quintos Augusti tempore actos anni 130. numerentur. At Claudius Imperator, non tam sæculorum ipse, quàm annorum ab Vrbe condita rationem visus est habuisse, licet Domitianus ad quintos Augusti tempore celebratos anno V. C. 737. respexerit: sic quasi post annos vrbis centenos quosque ac quinos indici legitimum foret, tot enim numerantur anni ab anno V. C. 737. ad 841. Ab iis autem ad Ludos Seueri anni sunt 116. ab anno 841. ad 957. Philippus verò de quo mox dicemus idem cum Claudio institutum tenuisse videtur.

Præter hos sæculares octo Ludos, quorum meminit Censorinus, estne adhuc alterius ludicri sæcularis celebris aliqua mentio?

Constat ex plurimis veteribus numis anno fundatæ Romæ millesimo absoluto

atque ineunte 1001. æræ Christianæ 248. ambolus Philippis patre Augusto IV. & filio Cæsare III. Consulibus Ludos sæculares editos fuisse, quorum tamen non meminit Zosimus, solito, vt fas est credere, in Christianos Principes liuore perfusus.

Quo tempore committi solebant sæculares illi Ludi?

Tempore messis instaurati solitos refert Zosimus, adeóque æstiuo tempore, eóque propemodum mense, quo apud Græcos Olympica redibant certamina.

Quid dicendum censes de illis Quindecimuirorum libris, in quibus prisci Ludi sæculares per centum & decem annorum spatia digesti auctore Censorino legebantur?

An suppositos fuisse corruptósve libros illos, an potiùs cum Petauio dicendum Sacerdotes illos ex ingenio atque opinione suâ interuallum eiusmodi constituisse, ludósque sæculares ad eos annos adnotasse, non, vt ex veteribus Fastis didicerant, sed quemadmodum collocandi fuerant, vt post centum ac decem annos redirent, & Augusti Imperatoris, cuius gratiam demereri cupiebant, Ludis sæcularibus congruerent.

CAPVT OCTAVVM.

DE ANNIS IVLIANIS AC BISSEXtilibus, Augusti Imperio, & quibusdam aliis ad Chronologiam spectantibus.

QVID *in tota Christi Domini Cæsarúmque Historia maximi putas esse momenti?*

Firmissimam illam atque ineluctabilem epocham anni Iuliani, quam omnium optimè nouisse videtur Censorinus, cùm capite 20 Commentarioli de die natali docuit Caium Cæsarem suo Tertio, & Marci Æmilij consulatu perturbatum annum ordinasse, ac diebus aliquot interiectis, adeò vt 445. diebus annus ille constaret, reliquos deinceps in viam ordinémque compulisse: tum hæc subtexuit verba: Ex hoc anno ita à Iulio Cæsare ordinato cæteri ad nostram memoriam IVLIANI appellantur, eíque consurgunt ex Quarto Cæsaris Consulatu: qui haud dubiè incurrit in annum Vrbis conditæ 709. ante Christi æram 45. Periodi Iulianæ 3669. Mundi 4009. à quo capite deinceps putatus annus 238. æræ Christianæ, V.C. 991. Iphitæus 1014. Vlpio & Pontiano Consulibus, quo libellum suum scribebat Censorinus, numeratur IVLIANVS ordine 283. ex die Kalendarum Ianuarij.

Quid factum est à Iulio Cæsare, vt anni Romani confusio tolleretur?

Plura per ocium disces ex Dione, Suetonio, Solino, atque Macrobio: interim eumdem audi Censorinum capite 10. eiusdem aureoli libelli de die Natali: adeóque aberratum est, inquit, vt Caius Cæsar Pontifex suo tertio, & Marci Æmilij Lepidi consulatu, quo delictum illud corrigeret, duos menses intercalarios dierum 67. in mensem Nouembrem ac Decembrem interponeret, cùm iam mense Februario dies viginti tres intercalasset (commodum enim, vt signatè monet

Suetonius, in eum annum Merkedonius inciderat pro more inter Terminalia,& Regifugium, hoc est inter 23. & 24. Februarij insertus) faceretque eum annum dierum 445. quem rectè Macrobius Confusionis vltimum vocat, licet vulgò annus Confusionis soleat appellari.

Quot menses sortitus est annus ille Confusionis dictus?

Quindecim, quot nominatim expressit Suetonius: vulgaribus enim 12. mensibus ac Merkedonio 67. additi sunt dies duos in menses distributi.

A quo cardine anni Iuliani κατ' πρόληψιν cœpit celeberrimus ille apud Chronologos Confusionis annus?

Cœpisse videtur à 13. die Octobris anni Periodi Iulianæ 4667. ad vltimum Decembris anni 4668. eiusdem Periodi, siue ad Kalendas Ianuarias anni 4669. quo primus Iulianæ editionis annus auspicatò prodiit. Sanè à die 13. Octobris Iuliani 4667. ad vltimum Decembris anni 4668. dies omnino interlapsi sunt, quot numerat Censorinus nempe 445. quod meliùs fortè disces ex apposità Tabellâ.

Menses cum diebus, quibus constabant.		*Dies, quibus cœperunt in anno Iuliano.*
Ianuarius 29.	Octobris 13.	Anno Periodi Iulianæ 4667.
Februarius 28.	Nouembris 11.	
Merkedonius 23.	Decembris 9.	
Martius 31.	Ianuarij 1.	Anno Periodi Iulianæ 4668.
Aprilis 29.	Februarij 1.	
Maius 31.	Martij 2.	
Iunius 29.	Aprilis 2.	
Iulius 31.	Maij 1.	
Augustus 29.	Iunij 1.	
September 29.	Iunij 30.	
October 31.	Iulij 29.	
Nouember 29.	Augusti 29.	
Dies 67. ex quibus menses 2. additi.	Septembris 27.	
December 29.	Decembris 3.	

Collecti dies 445.

Quid porrò idem Iulius Cæsar instituit, ne labes eadem Kalendarium Romanum fœdaret imposterum, sed anni deinceps cursum suum constantem fixúmque obtinerent?

Instituit, vt anni singuli numerarent dies 365. cum quadrante,adhibito in Concilium Sosigene Alexandrino Mathematico præstantissimo. Itaque Romanum ad annum qui erat 355. dierum solidos decem adiecit dies, quos per varios menses distribuit.

Quomodo diuisi sunt seu dispensati decem illi dies?

Ianuario, Sextili siue Augusto, ac Decembri, qui antea 29. dumtaxat diebus continebantur, biduum integrum adrexuit: Aprili verò,Iunio, Septembri,atque Nouembri, qui similiter 29. tantum dies numerabant, vnicum singulis addidit, quod ex Censorino & Macrobio discimus.

Dixisti annum Iulianum diebus 365. cum quadrante fuisse definitum, de sex illis horis appendicibus, cedo quid decretum?

Eæ in summam vnius diei collectæ, quarto quoque vertente anno iussæ sunt intercalari: qui annus diebus 366. comprehensus, Bissextilis dictus est, quòd dies ille addititius inter Terminalia, & Regifugium siue inter VII. & VI. Kalendas Martias hoc est 23. & 24. Februarij insinderetur, ideóque eo anno Bis sexto Kalendas Martias pronunciaretur.

Fuítne Bissextilis quartus editionis Julianæ annus, adeò vt ipse Confusionis annus Bissextilis vicem præbuerit: an verò potiùs dicendum ipsum primum Iulianum Bissextilis anni locum obtinuisse, ita vt deinde post eum Iulianus quintus, tum nonus, 13. 17. 21. 25. 29. 33. 37. 41. 45. Christi conceptu & Natalibus insignis, 49. 53. 57. 61. 65. 69. 73. 77. 81. 85. 93. 97. 101. 105. &c. Bissextiles esse debuerint?

Verisimilior videtur ratio ista posterior, quæ contendit Augustum Cæsarem Bissextilium annorum intercalationem in editione Iuliana ita correxisse, vt intercalares annos in eumdem ordinem restitueret, quem illius auctor Iulius ab initio statuerat, adeóque quod consectarium est eosdem & ex Iulianâ dispositione, & ex Augustanâ recensione Bissextiles extitisse.

Quomodo institutam à Iulio Cæsare intercalandi rationem turbarunt Pontifices quibus id muneris incumbebat?

Probabilius videtur ideò eos peccasse, quòd cùm ineunte anno quinto editionis Iulianæ (qui quartus fuit à primo Iuliano primóque, vt arbitror, bissextili) intercalandum fuisset, ij sub initium anni quarti tribus dumtaxat collectis quadrantibus seu horis tantùm 18. integrum ipsi diem intercalauerint: sícque deinceps septimum, 10. 13. 16. 19. 22. 25. 28. 31. 34. 37. Bissextiles esse iusserint, vnde paulatim acciderit, vt triduo infra metas suas Iuliani anni Epocha constaret, ideóque totidem Bissextilium dierum omissione proprium in statum redire debuerit.

Quis luxatum ex praua dierum intercalatione Iulianum annum ad pristinam rationem redegit?

Octauianus Cæsar anno, vt ait Censorinus, Augustano 20. Iuliano 38. Vrbis conditæ 746. ante Christianam æram 8. Marcio Censorino & Asinio Gallo Consulibus, quo, qui sextilis antea mensis, in honorem Imperatoris ex Senatusconsulto nuncupatus est Augustus. Qua de re audi, si libet, Solinum: Et tunc quoque vitium admissum est per Sacerdotes: nam cùm præceptum esset anno quarto, vt intercalarent vnum diem, & oporteret confecto quarto anno id obseruari, antequam quintus auspicaretur, illi incipiente quarto intercalarunt non desinente (ita vt non tres anni solidi inter duos bissextiles, sed tantùm duo interiicerentur) sic per annos tres & triginta, cùm nouem dies tantùm sufficere debuissent, duodecim sunt intercalati. quod deprehensum Augustus reformauit, iusśitque annos duodecim sine intercalatione decurrere, vt tres illi dies, qui vltra nouenarios fuerant intercalati, hoc modo possent compensari.

Quid cautum voluit Augustus, ne annus denuò turbaretur, résque nouâ emendatione egeret?

Omnem à se constitutum ordinem, vt ait Macrobius, æreæ tabellæ ad æternam custodiam incisione mandauit.

Qui tandem ſunt duodecim illi anni, ἀνέμβολοι dicti, quos Auguſtus ſine intercalatione tranſigi edixit, quíſve ille primus eſt annus, quo poſt intermiſſionem illam iuſſum eſt intercalari?

Duodecim illos annos ab ipſo Iuliano 38 (nam ex vitioſa Pontificum intercalatione 37. Iulianus fuerat Biſſextilis) inchoatos deſinere arbitror in 49. adeò vt poſt tres proximè ſequentes annos hoc eſt 50. 51. & 52. primus poſt emendationem Auguſti fuerit Biſſextilis Iulianus 53. æræ Chriſtianæ 12. tum Iulianus 57. æræ Chriſti 16. ac reliqui deinceps eodem filo ad hodiernum tempus euoluti.

Quâ arte Biſsextiles annos in æra Dionyſianâ ſiue vulgaribus Chriſti Domini annis inueſtigabo?

Diuide propoſitam ſummam per quatuor, ſi nihil ſuperſit, Biſſextilis erit annus ille; ſi 1. reſiduum ſit, erit annus quadriennij Iuliani primus; ſi duo, erit ſecundus: ſi tria, erit tertius. Idem quoque ex cyclo Solis ac Literâ Dominicali, quem ſingulis annis noſtra tibi exhibet Concordia, haud ægrè eruere poteris.

Eadémne methodus dabit annos Biſsextiles in Periodo Iulianâ?

Nequaquam: illius quippe Periodi primus annus, tum quintus, deinde nonus, & ſic deinceps ſunt Biſſextiles anni. Quare vt dignoſcas propoſitus Periodi Iulianæ annus ſit Biſſextilis necne; diuide per 4. & ſi vnitas tantùm reliqua fuerit, hunc habeto biſſextilem: ſi duo ſuperſint, is erit annus quadriennij Iuliani primus, ſiue alter à Biſſextili: ſi tria, erit 2. annus: ſi nihil, annus erit tertius, qui Biſſextilem proximè ſequentem antecedit.

Si cui verò moleſtus ſit ille diuidendi labor, & noſtra hac careat Concordiâ, quod illi ſubſidium operæque compendium miniſtrabis?

Oculos coniiciat in ſequentes Tabellas quas Mulerius exhibet in Appendice Friſicarum Tabularum.

In Æra Chriſtiana Biſsextiles ſunt anni iſti.

0. 4. 8. 12. 16. 20. 24. 28. 32. 36. 40. 44. 48. 52. 56. 60. 64. 68. 72. 76. 80. 84. 88. 92. 96. 100. 104. & ſic deinceps.

In Periodo Iulianâ hi ſunt Biſsextiles anni.

1. 5. 9. 13. 17. 21. 25. 29. 33. 37. 41. 45. 49. 53. 57. 61. 65. 69. 73. 77. 81. 85. 89. 93. 97. 101. 105. & ſic deinceps.

Quo die à coniuratis Bruto, Caßio, aliiſque occiſus eſt C. Iulius Cæſar?

Idibus ipſis Martiis anni ſecundi Iuliani ante Chriſti vulgarem æram 44. Vrbis Conditæ 709. exeuntis (aut ineuntis 710. ſi à Kalendis Ianuariis Romanos annos placeat exordiri) cùm Dictaturam quartam anno ſuperiore ſibi in perpetuum à Senatu decretam cum quinto Conſulatu iniiſſet.

Fuítne vera Solis Eclipſis, vel illo ipſo die, vel ſaltem eo anno, quo interfectus eſt Cæſar?

Toto illo anno Periodi Iulianæ 4669. defectus nullus Solaris extitit, vt obſeruarunt iampridem diligentiſſimi Aſtronomi, licet inter crebra illa & inuſitata prodigia, quæ per illud tempus à Virgilio, Ouidio, Plinio, Dione, Plutarcho,

aliisque Scriptoribus contigisse memorantur, lurido quodam pallidóve colore Solaris orbis infectus: Luna verò sanguine perfusa dicatur, absque vlla tamen alterutrius sideris obscuratione eclipticâ. Audi Virgilium nostrum libro primo perfecti operis.

Ipse etiam extincto miseratus Cæsare Romam
Cùm caput obscurâ nitidum ferugine texit,
Impiáque æternam timuerunt sæcula noctem.

Cui pænè paria succinit Ouidius libro 15. Metamorphoseon.

—————Solis quoque tristis imago
Lurida sollicitis præbebat lumina terris:
Cæruleus & vultum ferrugine Lucifer atra
Sparsus erat, sparsi Lunares sanguine currus.

Nec omittendus Plinij locus cap. 30. libri 2. Naturalis Historiæ: Fiunt, inquit, prodigiosi & longiores Solis defectus, qualis occiso Dictatore Cæsare totius pænè anni pallore continuo, qui tamen ipso quo confossus est Cæsar die maior extitit, & vt ait Seruius in citatum Virgilij locum, ab hora sexta vsque ad noctem per multas protractus est horas.

Estne saltem verum quod Dio libro 41. inter alia portenta, quæ Ciuile Pompeij Cæsarisque bellum antecesserunt, solem totum defecisse scribit?

Verissimum: anno quippe Periodi Iulianæ 4663. Martij Iuliani die 7. Sole in Piscibus versante, magna circa meridiem Solis defectio digitorum, vt vocant, decem contigit, cuius præter Dionem Lucanus & Arbiter meminerunt. In sequentem porrò Periodi Iulianæ annum 4664. circa Septembrem vel Octobrem propter luxatum Romani anni cardinem incurrit initium anni 705. ab Vrbe condita, Cornelio Lentulo & Claudio Marcello Coss. quo Ciuile bellum erupisse omnia Antiquitatis Romanæ monumenta testantur.

Quot distingui possunt Octauiani Cæsaris siue Augusti Imperatoris initia?

Quatuor omnino, vt habes in Auctario Concordiæ, siue in II. Parte Ariadnes Chronologicæ Excursione 45. Primum ab anno Iuliano 2. Vrbis conditæ ineunte 710 postquàm Caio Iulio Cæsare Idibus Martiis in Senatu occiso ipse Apollonia Macedoniæ vrbe reuersus Romam, licet nullum eo anno Magistratum obtineret, pro Imperatore tamen se gessit, priuatáque auctoritate veteranorum copias contraxit Secundum ab anno Iuliano tertio, cùm post cædem Hirtij ac Pansæ Consulum, cum Q. Pedio iniit Consulatum 10. Kalendas Octobres, & quinto Kalendas Decembres Triumuiratum cum Marco Antonio & Æmilio Lepido suscepit. Tertium à secundo die Septembris anni ab Vrbe condita 723. Iuliani 15. quo nauali apud Actium victoria potitus est, fugatúsque in Ægyptum cum sua Cleopatra Marcus Antonius. Quartum denique ab Antonij & Cleopatræ nece, siue ab eo die anni Iuliani 16. ante Christianam æram 30. quo vt canit Horatius Ode 14. libri 4.

Portus Alexandrea supplex,
Et vacuam patefecit aulam.

Creditur autem is dies fuisse 29. Augusti à quo anni Monarchiæ Augusti Cæsaris, vel, vt sæpius vocantur, anni Ægyptiorum Actiaci consurgunt.

Quot præcisè annos in principatu vixit Augustus ad mortem vsque, quæ omnium eruditorum consensu accidit 14. Kal. Septemb. hoc est die 19. Augusti anni Iuliani 59. Æræ Christianæ 14.

Si à nece Iulij Cæsaris imperium arcessas Augusti, imperauit annos 57. menses 5. dies 4. quo sanè respexisse videtur Iosephus tum libro 20. Originum Iudaicarum, tum libro 2. de excidio Vrbis cap. 13. dum annos Augusti numerat 57. menses 6. ac dies duos. Sin ab anno tertio Iuliano, sub cuius finem Consulatum adiit, annos 55. cum mensibus 10. ac diebus 28. vel à Triumuiratu annos 55. menses 8. dies 22. Suetonius autem capite 3. vitæ Augusti, Eusebius in Chronico, Auctor libri de Claris Oratoribus, Chryseros apud Theophilum libro 3. ad Autolycum, Epiphanius, aliique, qui vulgò annos imperio Augusti imputant 56. cum aliquot insuper mensibus, vel paullò ante Consulatus primordia, vel ab aliquo alio Iuliani anni tertij cardine, caput annorum illorum repetunt. Quod si Monarchiæ annos accuratissimâ ratione computare cupias, Dio libro 56. Eutropius, Suetonius, aliique annos 44. numerant ab Actiaca victoria minùs diebus tredecim. Ptolemæus autem seu quis alius auctor Canonis, vt vocant, Mathematici, Clemens libro primo Stromaton, ac Philo libro de Legatione ad Caium, cùm Augusti Monarchiæ annos tantùm 43. præscribunt, id vnum habuisse videntur in mente, vt Græcorum post Alexandrum Magnum in Ægypto Principum successionem cum Romanis Imperatoribus pertexerent; tunc enim Alexandria, & Ægypto verè potitus est Augustus, cùm Antonio ac Cleopatra violenta morte sublatis, nullus ex Lagidarum stirpe superfuit, qui auitum sceptrum retineret.

Quâ ratione Epochas istas inter se distinguis, Annos à pugnâ nauali ad Actium, Annos Ægyptiorum Actiacos, Annos Augustorum, denique annos Ægyptiorum fixos, & Iulianum in modum ab Alexandrinis redactos?

Obiter id paucísque exponam: Anni à reportata ad Actium Epiri promontorium ab Augusto victoria ducuntur à die 2. vel 3. Septembris anni ab Vrbe condita 723. Anni Ægyptiorum Actiaci Monarchiæ siue Imperij Augustæi principium procedunt à die 29. Augusti, seu sextilis mensis anni ab V. C. 724. postquàm Antonio & Cleopatra de medio sublatis, victor, ac tum verè Monarcha Augustus Alexandriam intrauit. Anni Augustorum Romani, seu, vt Græci teste Scaligero loquuntur, τῶν σεβαστῶν ἐτῶν, proficiscuntur ex Kalendis Ianuariis anni Romæ, ex Varronis opinione 727. Iuliani 19. quo sententia Munacij Planci 17. Kal. Februarias Octauiano Cæsari septimum Consulatum gerenti cum Agrippa tributum est à Senatu Augusti nomen, qua in re prochronismo peccarunt Eusebius atque Orosius. Ægyptij denique, repudiato tandem vago suo ac mobili anno, ex Senatus, vt creditur, decreto in perpetuum defixerunt Kalendas seu Neomeniam Thoth primi sui mensis in die 29. Augusti mensis anno 21. Iuliano V. C. 729. quinque vertentibus post Cleopatræ necem annis, à quo tempore Romanorum instar adscito singulis quadrienniis intercalari die post quinque Epagomenas stabilem certóque cardini deinceps affixam anni formam vsurparunt. Sed de his consule quæ obseruauimus pagg. 205. 206. 207. & 208. in Chronico Technico ad Æræ Romanæ sæculum octauum.

Quo anno scribebat aureolum suum de die Natali libellum Censorinus?

Anno Christianæ æræ 238. Gordiani Imperatoris primo, Periodi Iulianæ 4951. Cyclo Solis 23. Lunæ 11. Indictione 1. Litera Dominicali G. quem ipse annum illustribus in omnem posteritatis memoriam characterismis consignans vocat Iphitæum, siue à prima Olympiade 1014. à Roma condita 991. Iulianæ editionis

283. Augustorum apud Romanos 265. apud Ægyptios Actiacum 267. Philippi seu à morte Alexandri 562. Nabonassari 986. quorum Neomenia Thoth, seu primus primi mensis dies inciderat in ante diem septimum Kalendas Iulias, Coss. Vlpio & Pontiano, centum annis post Consulatum Imperatoris Antonini Pij II. & Brutij Præsentis. Locum integrum habes huicce Christi Domini anno in Concordiæ nostræ Chronico Technico descriptum, de quo plura doctissimi nostræ ætatis Chronologi.

Cur primum annum siue Epocham Diocletiani, quæ nunc Æra Martyrum Coptitarum à plerisque dicitur, peritiores quique Chronologi cardinem ac velut vmbilicum quemdam Christianæ Chronologiæ appellant?

Quia discrepantes inter se Annales, Fastique omnes, in annum æræ Christianæ 284. (qui Diocletiani Imperatoris primus fuit à die 17. Septembris) concurrere, & in concordiam reuocari debent, annis aliquot Probo Imperatori additis, vel detractis, necnon vno aut duobus Consulatibus ex albo Fastorum erasis. Stat enimuerò immotus ille annorum Diocletiani cardo, à quo sacra olim apud Christianos Paschalis solemnitatis tempora ducebantur; tum quia id apertissimè docent Paschalium cyclorum Scriptores seu concinnatores antiqui, Theophilus, Ambrosius, Cyrillus, Paschasinus, Proterius, Leo Papa, Prosper, Victorius, Dionysius Exiguus, similésque, quorum Epistolas, Latercula, similisque generis opuscula collegerunt Patres Bucherius atque Petauius: tum quia idem quoque eruitur ex serie Fastorum Romanorum omnium, ex Ammiano, Zosimo, veteri apud Gruterum Inscriptione, atque ex ipso anno Christianæ æræ 364 Iuliano 409. Æræ Martyrum 80. seu 81. à die 29. Augusti, qui & Bissextilis ac primus Valentiniani Imperatoris extitit, & ex plerisque aliis citimæ vetustatis monumentis, sed præsertim ex insigni loco Chronici Alexandrini à Radero nostro in lucem emissi, qui controuersiam omnem decidit his verbis: Diocletianus Imperator 15. Kalendas Octobres Chalcedone renunciatus, quinto Kal. Octobres Nicomediam purpuratus intrauit, & Kalendis Ianuarij Consul processit cum Aristobulo, à quibus, vt subdit, Consulibus Diocletianei anni in Paschali digeruntur.

Vnde habes Annum Æræ Christi 364. Valentiniani senioris primum, fuisse Bissextilem?

Refert Ammianus Marcellinus post mortem Iouiani Imp. Valentinianum absentem ab exercitu agente in Bithynia creatum fuisse: Is igitur, verba sunt Historici qui tum viuebat scribebátque, Ancyra accitus cùm venisset, nec videri die secundo, nec prodire in medium voluit, Bissextum vitans Februarij mensis tunc illucescens, quod aliquoties rei Romanæ fuisse cognorat infaustum, *&c.* vnde conficitur primordia imperij Valentiniani conuenire anno Bissextili postridie diei intercalaris hoc est festo S. Matthiæ die 25. Februarij, & emendandam esse Eutropij vulgarem editionem, vbi Iouiani & Varroniani eius filij Consulatus confertur in annum Vrbis conditæ Varronianum 1119. cùm sit dumtaxat 1117.

Quo anno ab Alarico Gothorum Rege Romana vrbs fuit expugnata?

Ea clades magno Historicorum consensu præsertim Prosperi, Marcellini Comitis, Cassiodori, aliorúmque quos omitto morosiùs expendere, confertur in annum Æræ Christianæ 410. Olymp. 297. annum 2. ab eadem verò Vrbe condita iuxta Varronis ratiocinia 1163. Honorij Imperatoris ab obitu patris 15. Æræ Hispaniensis 448. quamuis Idatius atque Isidorus in Chronicis vno minùs an-

no summam illam subduxerint. Sed de ea re consule quæ in Historico Chronico disseruimus ad annum 409.

Superest vt declares, quo anno Romanum in Occidente collapsum sit Imperium?

Id contigit anno Christi 476. cum ab Odoacre Herulorum Rege captâ Româ redactus est in ordinem Augustulus, quem à patre Oreste anno superiore in thronum euectum pro Romulo quidam recentiores ineptè Momylum appellarunt, sicque collapsum est Occidentis imperium anno V. C. 1229. Mundi 4529. post annos à Iulij Cæsaris Dictatura 525. ab Actiaca verò Victoria seu Monarchia Augusti 506. At de his in antecessum iam plus satis.

CAPVT NONVM.

DE ANNIS AB VRBE CONDITA, eorumque vsu in rebus Chronologicis.

VNDE *Romani anni siue ab Vrbe condita numerari solent?*

A Palilibus anni ante Christi vulgarem æram 753. Periodi Iulianæ 3961. adeóque Mundi ex nostra putatione 3301.

Quid vocas Parilia, seu vt vulgò pronunciare solemus, Palilia?

Palis Pastorum Deæ ac dominæ festa solemnia, quæ in agris quotannis vndecimo Kalendas Maij, hoc est die 21. Aprilis, fiebant à Pastoribus vino, vt ait ille, madidis, ac circum accensum fœnum inconditas choreas rusticum in morem ducentibus, idque vel ad lupos arcendos, morbósque à pecore pellendos, vel vt alij pro partu pecoris, cui præesse Pales putaretur. Vnde etiam à pariendo deductam vocem Parilia Critici quidam arbitrantur: sed de his plura Ouidius, Tibullus, Persius, atque Propertius, cuius hoc cantatissimum Distichon haud fuit nobis omittendum.

Vrbi festus erat, dixere Palilia Patres,
Hic primus cœpit mœnibus esse dies.

Quot sunt hoc saltem tempore apud eruditos Chronologos de Romanæ vrbis conditu receptæ celebrioré sque sententiæ?

Duæ præ cæteris. Prima Varronis apud Plutarchum, alióśque, proptereáque Varroniana vulgò dicta, quæ prima Vrbis rerum dominæ Palilia incidisse asserit in annum Iphiti labentem 23. seu Olympiadis sextæ tertium exeuntem, Periodi Iulianæ 3961. ante Christianam æram 753. à Troiana clade 431. Mundi verò ex nostris calculis 3301. Altera, quam ex merâ diuinatione Iosephus Scaliger Catonianam vocauit, cùm Verrij Flacci potiùs, aut Fastorum Capitolinorum debuerit appellari, quæ anno proximè sequenti, hoc est Iphitæo 24. siue Olympiadis sextæ exeunte quarto, Periodi Iulianæ 3962. Romæ primordia consignat. Tertiam enim quæ anno Iphitæo 25. siue Olymp. VII. primo currente, atque ad exitum properante Natales Vrbis Romanæ alligat, & à plerisque vulgò Dionysio Halicarnassensi affingitur, vix vllos saltem hoc æuo suffragatores nacta est. De iis verò plura Onufrius, Sigonius, Pighius, Scaliger, Emmius, Petauius, Salianus, aliique passim.

Cur cum plerisque recentioribus Catoniana non appellas ea Palilia, quæ conferuntur in Olympiadis sextæ annum quartum exeuntem?

Quia Iosephum Scaligerum huius appellationis auctorem primum hac in parte vt in pluribus aliis hallucinatum fuisse eruditè demonstrat Petauius cap. 46. libri IX. de Doctrina Temporum. Illud enim dumtaxat Cato docuit (quantum quidem discere possumus ex Dionysio Halicarnassensi) Romam Troiano excidio posteriorem esse annis 432. Ex quo tum variè licebit argumentari pro eo atque Troianum excidium locaueris, tum in eam potiùs delabi coniecturam, qua ductus Onufrius inter eos Scriptores, qui exeunte primo anno Olympiadis septimæ Romam ædificatam putauerunt, Marcum Porcium Catonem recensuit.

Estne constans omnium sententia Romam verno tempore, in quod modo incidunt Palilia, conditam fuisse?

Nequaquam: Manilius enim libro 4. Astronomici operis Romam sub Libra, hoc est Autumni tempore, construi cœptam canit his versibus:

Hesperiam sua Libra tenet, quâ condita Roma,
Et propriis frænat pendentem legibus orbem:
Orbis & imperium retinet, discrimina rerum
Lancibus, & positas gentes, tollítque, premítque.

Eadem fuisse videtur mens Iulij Solini dum cap. 2. Polyhistoris Lunam in Libra tunc constitutam fuisse asserit (nam quod ait Solem in Tauro, fortè Centauro, eo quoque fuisse tempore, à vero procul aberrat, aut certè corruptus est locus,) Plutarchus verò in vita Romuli refert ex Lucij Tarrutij Firmani ratiociniis (quem Cicero Chaldaicis rationibus eruditum, Solinus Mathematicorum nobilissimum appellat) fundatam Romam nona die Pharmuthi (qui mensis in anno Ægyptiaco ordine octauus circa ea tempora Septembri Iuliano respondebat) inter secundam & tertiam horam.

Cuinam ergo anno Romanæ vrbis conditus ex Tarrutianâ descriptione conueniet?

Petauius rectè coniiciendum monet in 4. Octobris anni Per. Iulianæ 3960. Iphitæi 23. siue Olympiadis sextæ tertij à quatuor tantum mensibus labentis, Mundani ex nostra opinione 3300. Eum enim in diem anni Iuliani fortè ceciderat dies vndecimus anni Albani, quo tum vtebatur Romulus, cæteríque Latini, eóque delatus fuerat κατ' προσίμησιν, vt vocant, hoc est per regressum in anteriora, quod postea in Pompiliano quoque anno ante Iulianam castigationem contigisse scimus, cùm à bruma legitimísque metis Kalendæ Ianuarij in Autumnum retro sensim progressæ sunt.

Vnde porrò factum est vt Romuli nepotes epocham fundatæ Vrbis verno tempori tribuerint, & ab Aprili annos Romanos ordirentur, cùm potiùs à mense Ianuario prima mœnium fundamenta ex Tarrutij descriptione proximè consequuto eos putare debuissent?

Eius rei causam hanc fuisse arbitror: quòd post constitutum castigatúmque à Numa annum Palilia seu 21. Aprilis diem (quo à maioribus conditam acceperant Vrbem) ad quartum à Ianuario mensem, cuius caput in bruma hybernóque tempore defixum erat, pertinere non ignorarent: eóque libentius id fecisse suspicio est, quòd vterque ille putandorum annorum cardo intra eumdem Olympiadis sextæ annum tertium, siue Iphitæum 23. contineretur.

Rectène addit Plutarchus die illo, quo Romulus Vrbem condere cœpit, ἀτρεκῆ τριακάδα veram diem trigesimam fuisse, Solísque ac Lunæ ecliptisam Synodum incidisse, quam Antimachus Poëta Teius agnouerit?

Fateor quidem anno Olympiadis sextæ tertio, quem signatè Plutarchus memorat, Pharmuthi die 9. siue Octobris Iuliani die 4. fuisse popularem Neomeniam, quam à corniculata Lunâ pleræque repetebant ciuitates, verum autem Nouilunium commissum fuisse die Octobris secunda, ideóque neque vllam illa die 4. vt patet, neque verò toto etiam consequenti anno Periodi Iulianæ 3961. eclipsim Solis contigisse, quæ in Asiâ minore multò minùs in Italiâ ab Antimacho illo Teio conspici potuerit: licet Nicolaus Mulerius in Appendice Frisicarum Tabularum Plutarcheam illam eclipsim conferat in Maij diem 26. Athyr Ægyptiaci 29. Sole in Tauri 26. gradu constituto. Quâ de re per otium videsis Petauium loco citato, qui rectè concludit falsò proditum à Plutarcho fuisse eodem die, quo iacta sunt fundamenta Romæ, Solem defecisse, cùm Tarrutius in Synodo quidem tum fuisse Lunam, non tamen ἐκλιπῆ docuisset, quod de suo ipse, vt pleráque alia, liberaliter adiecit.

Quid Lunam esse in Iugo significat apud Ciceronem 2. de Diuinatione, cuius hæc sunt verba de Tarrutio: Romámque, cùm in iugo esset Luna, natam esse dicebat?

Duplex mihi modò succurrit interpretatio huius loci: Prima, Lunam in iugo idem esse, quod Græci dicunt ἐν συζυγίᾳ ἐν συνόδῳ, Latini silentem & intermenstruam appellant, cùm Soli subiecta, quod in omnibus Nouiluniis accidit, terram suo lumine collustrare nequit, imò & aliquando conspectum Solis nobis eripit, cùm scilicet σύνδεσμον ἀναβαίνοντα, siue Caput Draconis, vt vocant Astronomi, obtinet. Altera expositio est, per iugum, Græcis ζυγὸν, Libram cæleste sidus, quod Virginem inter Chelásque sequentes exporrigitur, intelligi, quæ mens vnica fuisse videtur Manilij, Solini, atque Plutarchi: neque sanè nouum est ζυγοῦ nomine aut vulgarem stateram, aut Constellationem cælestem apud Græcos significari, Licet vltrò fatear Latinam Iugi vocem in hac acceptione numquam mihi hactenus, præterquam in laudato Ciceronis loco, occurrisse.

Verúmne est eo tempore, quo Remus Romulúsque concepti sunt, Solis deliquium contigisse?

Id quidem memoriæ commendarunt Halicarnasseus libro 2. Romanarum Antiquitatum, & Plutarchus in Romulo; cuius hæc sunt verba: Audacter & constanter pronunciauit (Tarrutius) Romuli conceptum in matris vtero contigisse anno primo Olympiadis secundæ die 23. Choiac Ægyptij mensis hora tertia, qua Sol penitus defecit. In lucem verò editum fuisse die 21. Thoth sub ortum Solis. Verùm eruditissimi Astronomi Eclipsin hanc Solarem irrito hactenus conatu quæsitam ex Tabulis docent, adeóque consentiente potiùs Auctorum testimonio, quàm cælestibus obseruationibus nixam esse opinionem vulgarem, quæ Romulum anno secundo Olympiadis secundæ, Mundano ex nostris calculis 3285. conceptam, anno ætatis duodeuigesimo murorum æternæ Vrbis fundamenta auspicatò iecisse anno Olympiadis sextæ 3. labente siue Iphitæo 23. Quod autem ad mortem eiusdem Romuli attinet, is ad Capreæ paludes anno ætatis 55. haud ampliùs comparuit exeunte anno Olympiadis XVI. primo Mundano 3339. quo Solem defecisse constat hora post meridiem septima die 8. Choiac seu 26. Maij, feria septima, densissimísque repente tenebris obductum aërem, vt Liuius, Dionysius, Plutarchus, alijque prodiderunt.

Solísne Veterum Scriptorum testimonijs constat recepta modò apud omnes, atque vno tantùm alteróve anno discrepans Romæ conditæ epocha?

Accedunt etiam ad corroborandam hanc sententiam cælestes obseruationes quamplurimæ, velut insignis illa Lunæ Eclipsis, quam C. Sulpitius Gallus Tribunus Militum pro concione prædixit pridie quàm Perseus Rex Macedonum postremus à Paulo Æmilio Consule vinceretur. Hæc autem contigit inter 22. & 23. Iunij in anno Iuliano, at in Pompiliano, quo tum Romani vtebantur, accidit eâ nocte, quam pridie Nonas Septembres insecuta est dies, ab hora 2 noctis ad 4. deficiente Luna, vt refert T. Liuius libro 44. seu Decadis V. libro 4. meminítque etiam Plutarchus in Æmilij vita, aliíque passim. Cùm ergo annus hic ex Varronis calculo fuerit Vrbis conditæ 586. Periodi Iulianæ 4546. Mundi 3886. firmissimè demonstrat prima Romuli Palilia contigisse anno Mundi 3301. Periodi Iulianæ 3961. Neque omittendus Censorini locus, qui annum quo scribebat tot characteribus temporum insignem Christi 238. Periodi Iulianæ 4951. ostendit esse Vrbis conditæ ex Palilibus 991.

Quæ causa fuit dissidij illius quod Varronianam inter & Capitolinam annorum Vrbis conditæ putationem intercedit?

Inde profectum id putant homines eruditi, quòd cùm vnus idémque Romanus annus priore sui parte vsque ad Solstitium, finem vnius anni Olympiadici; posteriore autem sui parte à Solstitio ad Brumam, initium consequentis Olympiadici occupet, similitérque annus Olympiadicus in duos Romanos incidat, procliue fuerit vulgò, iisque, qui rem minus accuratè perpenderent, annum quartum Olympiadis sextæ pro tertio eiusdem exeunte supponere. Quæ ratio an firma sit viderint alij, nobis ad alia properandum est.

Sed amabo sis cur Varronianam antetulisti Capitolinæ?

Non repetam ea, quæ paulò post Excursione 37. legere poteris in eam rem; vnum hoc modo respondeo: eò me præcipuè adductum, non solùm, quòd Varro inter Togatos disertissimus doctissimúsque Romanorum passim audiat, sed maximè quod eloquentiæ parens Cicero, cuius auctoritatem Rhetorices alumni, in quorum gratiam Responsa ista ante annos duos ac viginti primùm exarabamus Auarici Biturigum Cuborum, præ cæteris reuereri debent, in Academicarum Quæstionum proœmio iis illum verbis compellarit: Tu ætatem Patriæ, tu Descriptionem Temporum, tu sacrorum iura, tu Sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem religionum & locorum, tu omnium diuinarum humanarúmque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti. Quibus sanè consonant ea quæ habet Censorinus libro de die Natali, & alij paullò accuratiores temporum putatores.

Quot à primis Palilibus ad exactos Româ Reges fluxerunt anni?

Dionysius Halicarnasseus Regibus annos imputat 244 totidémque Titus Liuius, qui libro primo Decadis primæ, Regnatum, inquit, Romæ ab anno Vrbis conditæ ad liberatam in annos 244. Vnde consectarium est anno Romæ 245. inchoante, exeunte verò Iphitæo 267. Periodi Iulianæ 4205 Mundano 3545. Romanos Consules magistratum iniisse. Hos verò duces sequuti sunt, tum ex veteribus tum è recentioribus quamplurimi, explosâ altera sententia, quæ ex fide Capitolinorum Fastorum, quibus adhæsisse videntur Orosius, Eutropius, Rufus, &c. Regibus Romanis annos tantùm 243. adscribit, Consulúmque creationem primam anno ineunte V. C. 244. factam pronunciat.

Vnde

Vnde colligitur annorum illa summa, quam huic interuallo post Liuium ac Dionysium eruditissimi viri arrogant?

Ex collatis in vnum singulorum Regum annis: videlicet Romuli 38. Interregni vno, Numæ 43. Tulli Hostilij 32. Anci Marcij 24. Tarquinij Prisci 38. Seruij Tullij 44. & Tarquinij superbi 24. qui omnes anni à Palilibus ad Regifugium annos interlapsos esse 244. apertè declarant.

Cur Romulo post Eusebium annos tribuis 38. solidos, atque ineunte anno à Palilibus 39. discerptum à Senatoribus existimas, cùm tamen Liuius ei, necnon Dionysius annos tantùm 37. assignent?

Probabile est veteres illos Historicos, non ab ipsis dumtaxat Palilibus, quo tantùm tempore designatum fuerat condendæ vrbis spatium, numerasse regnantis Romuli annos, sed ab eadem absoluta & exstructa, cùm iactis fundamentis, fossâ, mœnibus, ædibúsque perfectis, Romulus de statuenda Reipublicæ forma comitiis habitis, consensu omnium Rex factus est.

Quot mensibus constabat priscus Romuli annus?

Etsi Licinius Macer ac Fenestella annum Romanum iam tum ab initio duodenûm mensium extitisse censuerint, constans tamen est Varronis, Ouidij, Suetonij, Plutarchi, Solini, Censorini, Macrobij, aliorúmque sententia, qui decem tantummodo mensium constitutum à Romulo annum fuisse contendunt.

Quot dies colligebat annus ille Romuleus?

Quatuor supra trecentos, quos ita dispensatos fuisse ferunt, vt Martius, Maius, Quintilis, atque October triginta & vno diebus constarent: Aprilis verò Iunius, Sextilis, September, Nouember, atque December, tricenûm tantummodo dierum essent. quamquam cæteris, nec in allata dierum summa Plutarchus, nec in mensium dispositu consentiat, cùm & anno illi Romuleo dies 360. tribuat, & menses alios trigintaquinque, pluriúmve etiam dierum, alios ne viginti quidem habuisse affirmet.

Quis priscum Romuli annum castigauit primus?

Eius in regno successor Numa Pompilius, qui & duos menses addidit, dierúmque in receptis antea decem mensibus dispositionem, ipsúmque mensium ordinem mutauit, dum qui antea fuerat primus Martius, tertius ab illo factus est, primus verò Ianuarius, ac secundus Februarius menses ab illo recens superadditi.

Quæ fuit à Numâ castigationis inita ratio?

Ea scilicet, quod cùm annus esset tantum 304. dierum, ad eum ipse numerum vnum & 50. dies addiderit, annique modum diebus 355. definierit; quippe de senis illis mensibus, qui tricenarij antea fuerant (nam tunc quatuor menses Martius, Maius, Quintilis & October vnum supra 30. dies colligebant) singulos detraxit, qui ad vnum & 50. accedentes 57. compleuerunt: ex quibus menses illi duo formati sunt Ianuarius 29. dierum & Februarius 28.

Cur menses omnes Pompiliani numero erant impari, aut 29. aut vnius & 30. dierum?

Ob religionem imparis numeri, quo tantopere delectatus est Numa, vt eum omnibus in mensibus adhibuerit, vno excepto Februario, qui propterea velut infaustus mensis ac piacularis Diis Manibus consecratus est.

Quorsum in anno Numæ Pompilij dies fuere 355. cùm modus anni Lunaris sit dierum dumtaxat 354.

Solisne Veterum Scriptorum testimoniis constat recepta modò apud omnes, atque vno tantùm alteróve anno discrepans Romæ conditæ epocha?

Accedunt etiam ad corroborandam hanc sententiam cælestes obseruationes quamplurimæ, velut insignis illa Lunæ Eclipsis, quam C. Sulpitius Gallus Tribunus Militum pro concione prædixit pridie quàm Perseus Rex Macedonum postremus à Paulo Æmilio Consule vinceretur. Hæc autem contigit inter 22. & 23. Iunij in anno Iuliano, at in Pompiliano, quo tum Romani vtebantur, accidit eâ nocte, quam pridie Nonas Septembres insecuta est dies, ab hora 2 noctis ad 4. deficiente Luna, vt refert T. Liuius libro 44. seu Decadis V. libro 4. meminítque etiam Plutarchus in Æmilij vita, alíique passim. Cùm ergo annus hic ex Varronis calculo fuerit Vrbis conditæ 586. Periodi Iulianæ 4546. Mundi 3886. firmissimè demonstrat prima Romuli Palilia contigisse anno Mundi 3301. Periodi Iulianæ 3961. Neque omittendus Censorini locus, qui annum quo scribebat tot characteribus temporum insignem Christi 238. Periodi Iulianæ 4951. ostendit esse Vrbis conditæ ex Palilibus 991.

Quæ causa fuit dissidij illius quod Varronianam inter & Capitolinam annorum Vrbis conditæ putationem intercedit?

Inde profectum id putant homines eruditi, quòd cùm vnus idémque Romanus annus priore sui parte vsque ad Solstitium, finem vnius anni Olympiadici; posteriore autem sui parte à Solstitio ad Brumam, initium consequentis Olympiadici occupet, similitérque annus Olympiadicus in duos Romanos incidat, procliue fuerit vulgò, iísque, qui rem minus accuratè perpenderent, annum quartum Olympiadis sextæ pro tertio eiusdem exeunte supponere. Quæ ratio an firma sit viderint alij, nobis ad alia properandum est.

Sed amabo sis cur Varronianam antetulisti Capitolinæ?

Non repetam ea, quæ paulò post Excursione 37. legere poteris in eam rem; vnum hoc modo respondeo: eò me præcipuè adductum, non solùm, quòd Varro inter Togatos disertissimus doctissimúsque Romanorum passim audiat, sed maximè quod eloquentiæ parens Cicero, cuius auctoritatem Rhetórices alumni, in quorum gratiam Responsa ista ante annos duos ac viginti primùm exarabamus Auarici Biturigum Cuborum, præ cæteris reuereri debent, in Academicarum Quæstionum proœmio iis illum verbis compellarit: Tu ætatem Patriæ, tu Descriptionem Temporum, tu sacrorum iura, tu Sacerdotum, tu domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem religionum & locorum, tu omnium diuinarum humanarúmque rerum nomina, genera, officia, causas aperuisti. Quibus sanè consonant ea quæ habet Censorinus libro de die Natali, & alij paullò accuratiores temporum putatores.

Quot à primis Palilibus ad exactos Româ Reges fluxerunt anni?

Dionysius Halicarnasseus Regibus annos imputat 244 totidémque Titus Liuius, qui libro primo Decadis primæ, Regnatum, inquit, Romæ ab anno Vrbis conditæ ad liberatam in annos 244. Vnde consectarium est anno Romæ 245. inchoante, exeunte verò Iphitæo 267. Periodi Iulianæ 4205 Mundano 3545. Romanos Consules magistratum iniisse. Hos veròduces sequuti sunt, tum ex veteribus tum è recentioribus quamplurimi, explosâ altera sententia, quæ ex fide Capitolinorum Fastorum, quibus adhæsisse videntur Orosius, Eutropius, Rufus, &c. Regibus Romanis annos tantùm 243. adscribit, Consulúmque creationem primam anno ineunte V. C. 244. factam pronunciat.

Vnde

Vnde colligitur annorum illa summa, quam huic interuallo post Liuium ac Dionysium eruditissimi viri arrogant?

Ex collatis in vnum singulorum Regum annis: videlicet Romuli 38. Interregni vno, Numæ 43. Tulli Hostilij 32. Anci Marcij 24. Tarquinij Prisci 38. Seruij Tullij 44. & Tarquinij superbi 24. qui omnes anni à Palilibus ad Regifugium annos interlapsos esse 244. apertè declarant.

Cur Romulo post Eusebium annos tribuis 38. solidos, atque ineunte anno à Palilibus 39. discerptum à Senatoribus existimas, cùm tamen Liuius ei, necnon Dionysius annos tantùm 37. assignent?

Probabile est veteres illos Historicos, non ab ipsis dumtaxat Palilibus, quo tantùm tempore designatum fuerat condendæ vrbis spatium, numerasse regnantis Romuli annos, sed ab eadem absoluta & exstructa, cùm iactis fundamentis, fossâ, mœnibus, ædibúsque perfectis, Romulus de statuenda Reipublicæ forma comitiis habitis, consensu omnium Rex factus est.

Quot mensibus constabat priscus Romuli annus?

Etsi Licinius Macer ac Fenestella annum Romanum iam tum ab initio duodenûm mensium extitisse censuerint, constans tamen est Varronis, Ouidij, Suetonij, Plutarchi, Solini, Censorini, Macrobij, aliorúmque sententia, qui decem tantummodo mensium constitutum à Romulo annum fuisse contendunt.

Quot dies colligebat annus ille Romuleus?

Quatuor supra trecentos, quos ita dispensatos fuisse ferunt, vt Martius, Maius, Quintilis, atque October triginta & vno diebus constarent: Aprilis verò Iunius, Sextilis, September, Nouember, atque December, tricenûm tantummodo dierum essent. quamquam cæteris, nec in allata dierum summa Plutarchus, nec in mensium dispositu consentiat, cùm & anno illi Romuleo dies 360. tribuat, & menses alios trigintaquinque, pluriúmve etiam dierum, alios ne viginti quidem habuisse affirmet.

Quis priscum Romuli annum castigauit primus?

Eius in regno successor Numa Pompilius, qui & duos menses addidit, dierúmque in receptis antea decem mensibus dispositionem, ipsúmque mensium ordinem mutauit, dum qui antea fuerat primus Martius, tertius ab illo factus est, primus verò Ianuarius, ac secundus Februarius menses ab illo recens superadditi.

Quæ fuit à Numâ castigationis inita ratio?

Ea scilicet, quod cùm annus esset tantum 304. dierum, ad eum ipse numerum vnum & 50. dies addiderit, annique modum diebus 355. definierit: quippe de senis illis mensibus, qui tricenarij antea fuerant (nam tunc quatuor menses Martius, Maius, Quintilis & October vnum supra 30. dies colligebant) singulos detraxit, qui ad vnum & 50. accedentes 57. compleuerunt: ex quibus menses illi duo formati sunt Ianuarius 29. dierum & Februarius 28.

Cur menses omnes Pompiliani numero erant impari, aut 29. aut vnius & 30. dierum?

Ob religionem imparis numeri, quo tantopere delectatus est Numa, vt eum omnibus in mensibus adhibuerit, vno excepto Februario, qui propterea velut infaustus mensis ac piacularis Diis Manibus consecratus est.

Quorsum in anno Numæ Pompilij dies fuere 355. cùm modus anni Lunaris sit dierum dumtaxat 354.

Id factum volunt amore eiusdem numeri imparis, vt diem vnum superfluum Princeps iste superstitiosus adiiceret suo tempore, cum Merkedonio mense eximendum.

Quem vocas Merkedium mensem, seu Merkedonium, cuius meminit Plutarchus in Numâ, aliique Scriptores?

Est mensis 22. vel 23. dierum conflatus ex illis diebus, quibus Lunam Sol excedit, qui singulis bienniis intercalabatur, vt Lunaris annus, qui ex præscripto Numæ erat 355. dierum, cum Solari, qui annos 365. cum quadrante colligit, conciliari posset.

Quare non singulis annis, sed post biennium inserebatur ipse breuissimus mensis?

Quia cum singulis annis diebus vndecim, & quadrante putarent Lunarem annum à Solari deficere, biennio verò 22. horísque 12. atque hic numerus ad cæterorum mensium calculos propiùs accederet, inde factum est, vt non vnoquoque anno, sed tantùm post biennium, mensis iste cæteris infinderetur.

Cur intercalaris iste ac insititius mensis sibi ipsi non semper æqualis erat, sed alternis numerabat modò 22. modò 23. dies?

Quia horæ duodecim post duas dieteridas, siue biennia, vnam collectæ in summam, diem vnum constituunt, qui 22. diebus adiectus, sequentem Merkedonium vno die auctiorem præcedenti faciebat.

Numquid tibi Numa Romani illius anni conditor potissimam Lunaris cursus rationem habuisse videtur?

Maximè: nam & 354. dies præfiniuit, cum insititio illo die, qui per superstitionem Ianuario arrogari consueuerat, & ipsorum mensium descriptionem planè Lunarem instituit, in iisque dierum appellationes ad Lunæ phases accommodauit, Nonas scilicet, atque Idus. Quin & hoc ipsum inde colligitur, quòd si Numa in ipso condendi anni exordio ratiocinia Solis consectari maluisset, id fecisset in singulis annis, potiùs augendo in menses dierum numero (quod perfecit postea Iulius Cæsar) quàm curtis illis mensibus, seu Merkedoniis, post biennium intercalandis. Qui tamen menses intercalarij, vbi semel admissi sunt, annus esse desiit perfectè Lunaris; si enim altero quoque anno dies 22. aut 23. Lunarem ad annum adtexebant Romani, quomodo menses illi menstruo Lunæ motui respondere poterant?

Estne certum, à quo primùm instituta sit Merkedonij intercalatio?

Minimè: licet enim plerique sentiant id ab ipso Numâ prodiisse, non desunt tamen, quibus videatur à Tullo Hostilio potiùs, aut à Decemuiris primò fuisse intercalatum, nouissimámque illam anni Romani methodum excogitatam, quæ ad Iulianam vsque castigationem perseuerauit.

Vnde profecta mensium Romanorum in Calendas, Nonas, Idúsque distinctio?

Macrobius cap. 15. libri Saturn. Romulum asserit initium cuiusque mensis ex illo sumpsisse die, quo Nonam Lunam contigisset videri, cúmque ea tardiùs aliàs, celeriùs aliàs apparere incipiat, accidisse, vt cùm ea celeriùs apparuisset, pauciores præcedenti mensi dies darentur; cùm verò tardiùs, plures: sicque biduum, quo menses Martius, Maius, Quintilis, & October, aliis pleniores sunt, inter Kalendas Nonasque inseri solitum casu potiùs ac fortuitò quàm consulto, & deditâ operâ iis accessisse creditur.

Quæ Nonarum, amabo, originatio?

Cùm à Nonis ad Idus octo semper sint dies, nec plures vnquam, nec paucio-res, propterea scias velim dictas fuisse Nonas, quod nonus retro dies esset pu-tando ab ipsis Idibus, & ad caput mensis procedendo.

Quot inter Idus ac sequentes Kalendas in anno Pompiliano annu-merabantur dies?

Sexdecim omnino, vno excepto Februario, quod vsque ad tempora Iulij Cæ-saris obtinuit, qui cum certis mensibus duos adiecisset dies, augere maluit dies ante Kalendas, quàm receptum Iduum Nonarúmque turbare ordinem, ex quo factum est, vt quatuor illi menses Martius, Maius, Iunius, & October, qui so-li olim vno ac 30. diebus constabant, hoc etiam tempore sex Nonas habeant.

Vnde verò vox Kalendarum deducta est?

Quod Pontifex minor primo cuiusque mensis die quinquies vel septies Ca-landi vocabulum repeteret, prout quintus aut septimus à Kalendis dies erant Nonæ, vel vt alij contendunt, quòd dies iste populo per Pontificem calaretur.

Idus quoque ex quo fonte manarunt?

Plutarchus in Quæstionibus Romanis auctor est ἀπὸ τοῦ εἴδους, id est à plenæ Lunæ specie, quæ circiter 13. aut 15. Lunaris mensis diem incidit, dictas esse Ei-dus. Dionysius autem Halicarnasseus apud Eusebium libro 4. de Præparatione Euangelicâ, cùm Idus appellat διμηνίδα, hoc est dimidiatum siue diuisum in duas veluti partes mensem, non ἀπὸ τῆς μήνης à Luna, sed ἀπὸ τοῦ μηνός, à mense, vo-cem illam deriuare videtur: aliud quippe διμηνὶς esse debet ac διχομηνία, quæ vox modò Lunam dimidiatam, siue vt vulgò loquimur quadratam, gibbosám-que significat, modò medium ipsum mensem, licet tunc pleno rutilet Cynthia vultu.

Quot quæso annis, Lunaris motus rationes cum Solari æquabantur in anno Pompiliano?

Videtur id factum fuisse Periodo 24. annorum, ex auctoritate Liuij atque Ma-crobij, qui tertio quoque octennio, hoc est 24. quoque anno exemptos fuisse as-serunt dies 24. quot scilicet intra spatium 24. annorum superfluus ille dies ex re-ligione imparis numeri quotannis insertus cumulauerat. Ratio quoque id sua-dere videtur, cùm enim anni Romani 24. si nullus eximatur Merkedonius, dies colligant 8790. dies quoque totidem, hoc est 24. Iuliani seu Solares dies 8766. habeant, quorum differentia est 24. patet iis 24. omissis præcisam æquationem fore, proindéque 24. annis Pompilianum cum Solari anno aptissimè conciliari po-tuisse.

Quomodo eximi potuerunt 24. dies tertio quoque octennio cum an-ni 24. Merkedonius constiterit tantùm 23. diebus?

Respondet Petauius, tunc cum illo Merkedonio omissum fuisse diem illum su-perfluum ex superstitione imparis numeri addi quotannis solitum, quódque in-de consequens est, annum illum 24. dies tantummodo 354. præcisè numerasse. Hæc quippe sat commoda ratio excogitata est ad eamdem Solis metam anni il-lius interualla reuocandi.

Quomodo cautum olim putas, ne nundinæ, aut in primum anni diem, aut in Nonas Ianuarij caderent, quod Reipublicæ ominosum ha-bebatur?

Quod Dio Cassius refert anno Romæ 714. ne Kalendæ Ianuarij in Nundinas inciderent, vnum esse diem præter morem intercalatum, ac deinde exemptum alium, vti annus Iulianam formam ad amussim seruaret; id olim quoque ante Cæsaris tempora vsurpatum fas est suspicari, vt quoties Nundinæ in Kalendas Ianuarias incurrerent, dies vnus præter ordinem in Decembrem inculcaretur, altérque postea de Ianuario alteróve mense detraheretur, aut contra Decembri detractus Ianuario restitueretur. Eadem quoque ratione, ne in Nonas, alterúmve religiosum diem, Nundinæ conuenirent, vnum in Ianuario diem insertum, hoc est superfluum illum, qui non statam certámque Romano in Kalendario sedem occupabat, sed ex Pontificum arbitrio opportunè dispensari solebat, quo Nundinarum cum Nonis concursus euitaretur.

Si potuit intercalati Merkedonij beneficio Lunaris annus cum Solari rectè conciliari, cur idem annus tantam paulatim labem contraxit, vt Ianuarius tandem in Autumnum peruenerit, & XIII. Calendas Octobres, aut etiam aliquando ante hoc tempus inceperit, vt vulgò omnes ferè sentiunt, ideóque malo in dies serpente Iulianâ castigatione opus fuerit?

Respondent Suetonius, Censorinus, Macrobius, aliíque vulgò, Pontifices, penes quos intercalandi prouincia fuit, odio vel amore publicanorum, quo vel citiùs, vel tardiùs eorum tempora præterirent, aut vt magistratibus tempus prorogarent, vel minuerent, sæpè intercalatione, aut omissâ, aut præcipitata, annum euertisse; ideóque pedetentim sede sua luxatum Ianuarium à Brumâ in Autumnum retro cessisse, itaque confusum mensium situm ac ordinem, vt hyberni menses in Autumnum, verni in hyemem, ac reliqui deinceps aliorum in sedem ac stationem inuaderent. Verùm in eam rem non vulgaria explicat erudita dissertatio Ismaëlis Bullialdi ad Gronouij in Titum Liuium notas adiecta, quam consule.

Quis tantam confusionem sustulit?

Iulius Cæsar III. Dictator anno V. C. 709. vt supra docuimus: nunc de cæteris, quæ ad Romanam Historiam spectare videntur, si interrogare pergis, méque solitis vellicare quæstiunculis, breuiter ac dilucidè pro meâ parte respondebo.

Quo tandem anni die quóve mense Reges Romana vrbe pulsi sunt?

Cum Onufrio, aliísque censeo Regifugium accidisse sexto Kalendas Martij, seu Februarij die 24. vti in veteri Kalendario exaratum legitur: neque ab ea sententia dimouere nos possunt, quæ de segete maturâ messi, defectísque frugibus in Tiberim leni fluentem aqua proiectis opponuntur ab iis, qui omnia hæc exeunte potiùs Maio, æstiuóque tempore facta fuisse contendunt; tum quia inter Tarquinij fugam demessásque segetes lapsos aliquot menses ipsa rei docet historia; tum quia Romanorum mensium non idem in Pompiliano anno situs erat, qui nunc est in Iuliano: sed identidem ij à propriâ eiecti in sedes alienas immigrabant, nec vlla quod sciam coniectura erui potest in quemnam anni Iuliani diem, mensémque anni Pompiliani, Martius ipse, Martiúmque aliquot diebus præcedens Regifugium, per illud tempus incurrerit. Quòd verò monet Dionysius Halicarnassensis primos Consules tum iniisse, cùm quatuor menses complendo illi anno deficerent, dubium non est, quin de anno Græcorum, siue Olympiadico, locutus sit; ad quem & Troianum excidium, ipsúmque Vrbis Romanæ conditum retulit.

Quot ab illo Regifugio ad Alliensem cladem Romámque à Gallis duce Brenno occupatam euoluti sunt anni?

Centum omnino ac viginti, cui summæ vnum insuper addendum auctoritate Dionysij Halicarnassei falsò quidam sibi suaserunt: ab anno quippe V. C. 244. quo secundùm Varronis calculos exeunte pulsus est Vrbe Tarquinius superbus, ad 364. quo disertè Plinius affirmat captam esse Romam capite primo libri 33. totidem, quot designauimus, assignantur anni, totidémque Consulum paria, vt ex Fastis Romanis patet, quos diligens Cuspiniani, Sigonij, Onufrij, Goltzij, Pighij, aliorúmque concinnauit industria.


Quo verò anni tempore vrbs ipsa capta est?

Liuius initio libri 6. Decadis primæ testatur victos fuisse Romanos ad Alliam ante diem 15 Kalendas sextiles, qui propterea nefastus est habitus. At Plutarchus in Quæstionibus Romanis eo die profligatos à Gallis Romanos scribit, qui est postridie Idus Quintiles, addítque in Camilli vita pugnatum fuisse circa plenilunium atque æstiua solstitia.

Estne vna Veterum Scriptorum de anno Romanæ ἁλώσεως sententia?

Minimè gentium: Dionysius Halicarnassensis scriptor aliàs non indiligens pro confesso ab omnibus haberi testatus est anno illo, quo iniit Olympias XCVIII. Archonte Athenis Pyrgione seu Pyrthione Gallos Vrbe potitos esse, hoc est anno Romæ ex Varronianis epilogismis 366. qua in re biennij metachronismo peccauit. Polybius verò vno etiam anno tardiùs hanc epocham consignat Archonte Theodoto, anno scilicet vt scribit, à victis ad Ægospotamon Atheniensibus 19. & ante pugnam Leuctricam 16. qui est annus Vrbis conditæ ex nostra Varroniśque putatione 367. Cùm tamen certo certius sit annum Romanum 364. quo ex Fastis Onufrianis Fabij tres fratres cum aliis totidem Tribuni militum Consulari potestate fuerunt, in annum incidere Iphitæum 387. Olympiadis XCVII. tertium exeuntem Archonte Athenis Demostrato, Periodi Iulianæ 4324. Mundanum iuxta nostros calculos 3664.

Poteram reliqua de Annis paullò abstrusioribus, Græco, eiúsque Periodis Metonica; Calippica; Hipparchæa; Macedonico; Nabonassaræo siue Ægyptiaco, tum vago, tum fixo; Iudaïco Lunæ-Solari; Arabico siue Turcico merè Lunari; Cælesti denique & Solis Lunæque Eclipsibus eodem filo paríque methodo pertexere. Verùm è re atque vsu Tironum, quos hîc manuducimus, longè conuenientius fore visum est, cùm vtrumque hîc ob paginarum quæ supersunt, angustias pertractari nequeat, Alteram velut nostræ huius Ariadnes Chronologicæ Partem Excursiones aliquot adiungere ante annos XX. à nobis in Auctario Concordiæ editas, vnà cum Demonstratione de Anno Mense ac Die Nati, Baptizati, & Passi Seruatoris nostri ac Domini IESV-CHRISTI, *quam aliàs præmissam placuit modò subiungere; vt in argumento, non minus nobili ac iucundo, quàm fructuoso atque vtili, certè omnium huius ætatis Eruditorum disputationibus vexatissimo, nostra Chronologia feliciter conquiescat.*



ARIADNES CHRONOLOGICÆ

PARS ALTERA,

EXCVRSIONES ET DEMONSTRATIONEM de anno & die mortis Christi Breuiter complexa.

PRÆLVDIVM PRIMVM.

CHRONOLOGIA rectè definitur expositio rei gestæ iuxta seriem atque ordinem temporis, quo illa contigisse à probatis scriptoribus memoratur. cùm enim quælibet res necessariò sit ac fiat in tempore & aliqua eius differentia, hora videlicet, die, hebdomade, mense, anno ac sæculo circumscribatur; qui huius narrationem aggreditur, is, vt suo muneri non desit, accuratam temporis habere rationem, & ad certas, sin minus mensium ac dierum, saltem annorum sæculorúmve notas alligare debet, ne indigesta variarum rerum moles memoriæ obiecta, eam non modo non iuuet, verumetiam omnino perturbet. Quod à plerisque veteris historiæ scriptoribus haud satis diligenter obseruatum; posteriores, qui Chronica Annalesque condiderunt, religiosè tenuerunt. Quoniam verò infinitior est ratio ipsa temporis vniuersè sumpta, & per solos Mundi annos expansa, illi ipsi quos dixi Chronologi insignes sibi terminos maximéque iactatos constituunt, (quos ideo epochas appellant, quod vagum temporis cursum inhibeant atque determinent) à quibus numerandi principium petunt: verbi causa, *Quo anno ab orbis conditu, à Diluuio, Exodo*, &c. *natus sit Christus, floruerit Salomon, mortuus sit Alexander: quot annis ante vrbem conditam, ante Olympiadas, ante Christianam æram euersa sit Troia, Tyrus & Carthago condita. Quâ Olympiade Cyrus regnare cœperit, an post fundatam à Romulo Romam, an ante exactos ab eâ Reges aut Peloponnesiacum bellum vixerit Pythagoras*, &c. in quibus rectè stabiliendis cùm sedula Chronologorum desudet industria, operæpretium facturum me iudicaui, si breuiter ac perpaucis Epochas mihi in Concordia probatas (ne quid ad Chronologiam nostram desiderari meritò possit) prolatis in medium rationibus confirmarem.

PRÆLVDIVM II.

De sacris Epochis.

SACRAS appello ea temporum interualla, quæ ex sacris codicibus non obscurè petita, vniuersam annorum seriem veluti per gradus quosdam à Mundi exordio ad Christum, & ab eo ad nos vsque certissima supputatione deducunt. Eas cum plerisque Ætates Mundi vocare soleo, quod tota Mundi duratio quæque iam antecessit, quæque deinceps futura est similitudine quadam vitam homi-

num repræſentet. Itaque Mundi infantia, quæ prima eſt eius ætas, ab ortu rerum ad Noëticum Diluuium extenditur: Pueritia à Diluuio ad Abraami ortum: Adoleſcentia ab Abrahamo ad Exodum: Iuuentus à legis facta paulò poſt Exodum promulgatione ad Templum à Salomone fundatum: Virilis à primo templi anno ad ſolutam ſub Cyro captiuitatem: Senectus denique à Cyro ad Chriſtum, à quo nouiſſima illa, vt Apoſtolus vocat, ducuntur tempora, & poſtrema labitur ætas, quæ non niſi cum finiente Mundo finietur. *Porrò in ſacris Epochis ſtabiliendis, & ſcripturæ interpretatione inuiolatum illud Deo dante obſeruabimus, vt eius, quoad licebit, expreſſis verbis ac ſententiis inſiſtamus, nec ab eo ſenſu, qui primùm nobis obuius eſt, ac natiuâ vocum ſignificatione continetur, vllâ ratione deflectamus, niſi quid inde abſurdi aut incommodi grauioris ſequuturum videretur.*

PRÆLVDIVM III.

Quibus interuallis ætates mundi definiantur.

PRIMA naſcentis mundi ætas ab orbe condito ad Diluuium abſolutum, ſiue à primo Adami ad ſexcenteſimum Noëmi annum ſpatio annorum 1656. protenditur.

Secunda, ab eo anno, qui Diluuium proximè ſequutus eſt, ſeu ab anno Noë ſexcenteſimo primo ad Abraami ortum deducitur, continetque annos 382.

Tertia, à primo anno Abraami ad eum, quo Iſraëlitæ Moſe duce ex Ægypto profecti ſunt, annis 505. definitur ab an. mundi 2039. ad 2543.

Quarta, à data in Deſerto lege, ſiue à primo anno Exodi ad tertium Salomonis, qui templi ædificationem præceſſit annis 479. omninò comprehenſa ab anno mundi 2544. ad 3022.

Quinta, à quarto Salomonis anno, quo primùm fundamenta templi iacta ſunt, ad eiuſdem ſub Nabuchodonoſore euerſionem, ſeu potius ad ſolutam à Cyro ſeptuagenariam captiuitatem, quæ cum ipſo vrbis ac Templi excidio cœperat, ſpatio annorum 493. ab anno mundi 3023. ad 3515.

Sexta, à ſoluta captiuitate Babylonica, ſiue à vigeſimo ſecundo Cyri in Perſide regnantis anno, quo expugnatâ Babylone totius Aſiæ Monarcha extitit, ad Iulianum 45. Actiacum 30. Coſſ. Lentulo & Piſone, quo verè natus eſt Chriſtus, quique æræ communis caput præceſſit, annos 538. omninò complexa extenditur, hoc eſt ab anno mundi 3516. ad an. M. 4053.

Septima, à Chriſto Domino Rege ſæculorum immortali ad finem vſque ſæculorum propagabitur, quoad metas tempori fixerit Deus. Et vero hactenus per 16. euoluta ſæcula ad noſtrum hoc 17. per annos 1657. proceſſit, ab anno M. 4054. ad 5710. cui à nonnullis

Octaua, ſubiungitur partim in deliciis à Beatis, partim in ſuppliciis à damnatis in omnem æternitatem agenda.

Atque hæc ſummatim, plura cum probationibus exhibebunt ſequentes Excurſiones. Vnum prænotandum, mundanam æram an. vt diximus 5710. ſtabilem immotamque cenſeri debere, ſi modo ſingularum ætatum, ex quibus efflorеſcit, interualla rectè fuerint à nobis definita, quod nobis deinceps præſtandum erit.

1656.
382.
505. *In vnum collecta, ſummam prædictam componunt annorum* 5710. *ab*
479. *orbe condito ad hunc annum Reparatæ per Chriſtum ſalutis* 1657.
493.
538.
1657.

PRÆLVDIVM IV.

Quæ sint prophanæ Epochæ.

ROMANORVM doctissimus Varro singularem præteriti temporis distributionem iniit, referente Censorino cap. 21. Aureoli libelli de die natali in hæc verba. *Varro tria discrimina temporum esse tradit. Primum ab hominum principio ad Cataclysmum priorem, quod propter ignorantiam vocatur ἄδηλον. Secundum, à Cataclysmo (quem Ogygium intellige ad differentiam posterioris, qui fuit Deucalioneus) ad Olympiadem primam, quod, quia multa in eo fabulosa referuntur, μυθικὸν nominatur. Tertium, à primâ Olympiade ad nos, quod dicitur ἱστορικὸν, quia res in eo gestæ veris historiis continentur.* Cui temporum diuisioni haud multum absimilis est ea, quâ nonnulli res omnes præteritas ad triplicem, Naturæ, Mosis ac Gratiæ legem reuocant. Verum vtraque hæc diuisio, licet satis commoda sit, communiter à Chronologis reiicitur, qui apud Græcos Romanosque (de Hebræis enim dictum est suprà) illustriores quasdam Epochas ærasque annotarunt, quas priusquam historiam in sua tempora digerant, firmis argumentis stabilire solent, vt ad eas tanquam ad cognita temporum interualla cardinesque certissimos, res à se inuicem locis temporibusque plerumque dissitas reuocare possint.

Præcipuæ sunt Assyriorum Regum, Ægyptiorum, Sicyoniorum & Argiuorum initia. Diluuium Ogygis & Deucalionis, Atheniensium, Mycenæorum, Aborigenum in Latio Regna, Herculis Olympia, Troianum excidium, Heraclidarum expeditiones, Ionica migratio, Tyri, ac Carthaginis conditus, Arbacis Medorumque initia, Atheniensium Prætorum, Macedonum, &c. *Olympiades, seu primus annus Iphiti Agonum restitutoris. Varroniana vrbis Palilia seu annus condita Roma. Æra Nabonassari. vtrumque Cyri initium. Xerxis in Græciam transitus, bellum Peloponnesiacum. Regifugium. Alliensis clades. Calippica Periodus prima. Imperij Persici occasus. Philippi & Seleucidarum anni. Punica bella. Primus annus Iulianus. Hispaniensis æra. Actiaci anni seu Monarchia Romana initium. Martyrum æra, seu Diocletiani. Indictiones & Hegira anni*, & si quæ aliæ in vsu fuerunt putandorum annorum illustriores notæ: Inter quas iure merito eminet communis Christianorum omnium Æra, Dionysiana dicta, quâ abrogatis cæteris annorum titulis Ecclesia sancta Romana, omnesque fideles toto passim orbe diffusi à natiuitate Christi sua tempora numerant. De cuius auctoritate ac certitudine quæ in peculiari diatribâ à nobis disputata sunt, non sunt hoc loco repetenda.

Omisi hoc loco Periodum Iulianam an. 7980. ex triplici Lunæ, Solis atque Indictionis cyclo conflatam, quam eius auctor Iosephus Scaliger, P. Petauius, aliique recentiores, cùm ob eius amplitudinem, quâ omnia Chronicorum antecedit initia, tum ob certitudinem atque constantiam miris laudibus commendant. Ego verò, vt liberè dicam quod sentio, licet eâ Periodo eruditos homines, & in recondita temporum doctrina non mediocriter versatos plurimum iuuari posse existimem, Tironibus tamen, & ad eam disciplinam primùm animum appellentibus, cùm ob summam eius difficultatem, tum præcipuè ob nudam tot annorum sese consequentium seriem, nisi cùm ad scribendum & expendendas aliorum opiniones calamus admoueri debet, prorsus vitandam esse censeo.

PRÆLVDIVM V.

Exercitatio Familiaris.

CONCERTATIONEM nonnemo eleganter *ingeniorum cotem* dixit, addo ego etiam memoriæ, quæ torris instar accensi situ & quiete extinguitur, motu atque agitatione crebra reuiuiscit. Quare, vt Chronologicarum rerum Tirones

Tirones, Historiæque cùm sacræ tum profanæ studiosi; quibus noster hic laborat calamus, optatum ex Concordia nostra fructum percipiant, breues aliquot quæstiunculas subiicio, quibus intra priuatos scholæ parietes identidem exerciti præteritorum temporum historiam, qua nihil suauius vtiliúsve fingi potest, altius memoriæ defigant, & in circulis, doctorumque hominum cœtibus frequenti ista velitatione probari studiorum suorum specimen aliquod edere possint.

Quot sint mundi ætates ab orbe condito ad Christianam Æram.

Vnde quælibet ætas initium ducat; seu quæ sit singularum epocha: Vbi desinant.

Quot annis definiantur singulæ.

Vnde probentur earum interualla.

Quo Mundi, quo ante Christianam Æram anno vnaquæque incipiat, quove desinat.

Quot fluxerint sæcula ab ortu rerum ad Christum.

Quo Mundi sæculo euersa Troia, condita Roma, &c.

Quot numerentur sæcula à Christo nato ad huncce annum? quomodo nominari possint? quo Pontifice, Imperatore Orientis, Occidentis, Galliæ Rege, &c. cœperint?

Quid in singulis sæculis Mundanis, Romanis, Christianis illustrius?

Quo Mundi anno? quo sæculo alligentur supradictæ temporum Epochæ?

Quæ præcipua regna atque imperia à Diluuio orta vsque ad Imperatores Romanos? quot Monarchiæ ante Romanam? quot annis vnaquæque durarit?

Quæ regna post Christum in Occidente præsertim floruerint?

Quo Mundi, Christi, anno, sæculo, cœperint, desierint?

Quot annis singula durarint? Quis fuerit primus Rex aut Princeps? Quis vltimus? Quot extiterint Reges? Quot annis singuli regnarint?

Quod regnum imperiumve hactenus diutius durauerit, & similia multa quæ solertes & ingeniosi adolescentes proprio Marte poterunt excogitare.

Quo tempore celebres orbis ciuitates, & à quibus conditæ?

Quo floruerint, nati sint, mortuive illustriores Philosophi, Legiferi, Sapientes, Oratores, Poëtæ, Historici, &c. Qua Olympiade, quo anno V. C. quo Mundi, Christi, &c.

Quo nominatissimi Græcorum, Romanorum, Barbarorumque Duces?

Quando contigerint præcipua Bella, puta Sacrum, Sociale, Peloponnesiacum, Punica, Iugurthinum, Mithridaticum, &c. Qua occasione, quibus Ducibus, quamdiu, quis exitus?

Quid singulis Olympiadibus memoria dignum contigerit? paucas enim in Concordiæ nostræ tabulis reperias, quæ non aliquid singulare contineant.

Quæ persecutiones, quo Christi anno, quo Imperatore Ecclesiam vexarint?

Quando Concilia Oecumenica, vbi, qua occasione, contra quos, quo Pontifice, Rege, Imper. quo Christi sæculo?

Quando Apostoli, Martyres, Doctores, Sanctique ac Sanctæ celebriores vixerint, quo sæculo, &c. infinita quæ suggeret diligens & accurata studiosorum adolescentium industria Præceptorum καὶ ἄλλων τινῶν ἐργοδιωκτῶν crebris hortationibus, ipsiusque historicæ cognitionis præstantia ac suauitate ad priuatum laborem & publicas nonnunquam concertationes excitata.

Οὐκ οἶμαί τινα οὕτως εὐτυχῆ γραφὴν ἰσχῦσαι ἣ μηδεὶς ἀντερεῖ, δεῖ δ' ἐκείνην εὔλογον νομιστέον, ἣ μηδεὶς εὐλόγως ἀντερεῖ.

Clemens Stromateo primo.

Συναφὴ τῶν δογμάτων διὰ τῆς ἀποδείξεως τὴν ἀλήθειαν μηνύεται.

Idem ibidem.

PRIMA EXCVRSIO CHRONOLOGICA.

Qua anni tempestate mundus conditus.

SCALIGER, Torniellus, atque Petauius, quibus viam muniuit Pererius, sequuti Iosephum & quosdam Rabbinos, prima mundi cunabula conferunt in Autumnum, Sole existente in Libra. Verum iis refragantur celeberrimi omnium ætatum Astrologi, Oratores, Poëtæ, Historici, Philosophi, Theologi, Concilia atque Patres, quos longo recensent ordine recentiores, cum quibus

Assero comparatione Adami ac Palæstinæ mundum hunc aspectabilem verno tempore Sole Arietis cardinem tenente à præpotente Deo ex nihilo fuisse productum, idque spatio sex verorum dierum. Suadet, id primò scripturæ non vnica auctoritas. Suadet II. Synodus Palæstina mandato Victoris Papæ Cæsareæ congregata: eius decretum leges apud Bedam initio libri de sex ætatibus, & in epistola de Paschate. Suadet III. Tanta testium, maximè sacrorum, nubes, quibus resistere tutum non est in re, quam vel ipsi aduersarij arbitrariam censent. Suadet denique conuenientia multiplex ab amœnitate temporis, Diluuio, anno sacro Hebræorum, Christi D. Incarnatione, Morte ac Resurrectione petita Vide Conimbricenses, Haruillæum, Tirinum, alios, sed præsertim P. Salianum Apparatus cap. 4. *Qua enim ibi Scholastico more pinguntur, tum specie ipsa ac venustate delectant, tum disputationis momentis rationumque ponderibus inflectunt & rapiunt.*

EXCVRSIO II.

De interuallo primæ ætatis.

CONTINET annos 1656. Quod ex capite 5. Genesеos demonstratur hoc pacto. Sumantur Patrum anni quos ante filiorum ortum vixisse constat, Adami 130. Sethi 105. Enos 90. Cainani prioris 70. Malaleelis 65. Iaredi 162. Enochi 65. Mathusalemi 187. Lamechi 182. & cum annis Noë sexcentis (totidem enim vixisse diluuij tempore Scriptura confirmat) in vnam summam colligantur, conficent anni 1656.

Dices 1. sequi inde Mathusalem diluuij tempore fuisse superstitem: cùm enim natus sit anno M. 688. vixeritque 969. annos, videtur saltem vsque ad an. M. 1657. peruenisse. Sed nihil est necesse postremum illum annum ætatis fuisse completum; obierit itaque bonus senex paulò ante diluuium quod ex probabiliori sententia die 17. secundi mensis, hoc est, exeunte ferè Maio cœptum est.

Dices 2. numerari in Græcis 70. Codicibus annos 2242. vel vt emendatiùs legunt Epiphanius & Augustinus 2262. quia alioquin ex priore epilogismo sequeretur Mathusalem 14. annis superuixisse diluuio. Verùm eorum in vtraque summa turbatæ sunt rationes, tum in hac ætate, tum in sequenti, quæ apud eosdem annos 1177. complectitur, plures enim centenis annos omnibus ferè Patriarchis imputant: Nec vllus est posteriorum temporum Chronologus, si Contium fortè excipias audaciùs Hebraïzantes insectantem, qui vulgatæ versioni ex Hebræis fontibus deriuatæ non adhæreat.

Dices 3. vix esse credibile omnes illos genealogiarum annos præcisos adeò integrosque fuisse, vt ne vnus quidem aut alter inchoatus tantummodo fuerit, aut aliquot mensibus redundans. Respondeo illud non modò credibile, sed etiam indubitatum iis videri, qui à Spiritu sancto liquidam explicatamque temporum subductionem Ecclesiæ consignatam, & si quid vni defuerit, in altero

abundarit, id viciſſim compenſatum fuiſſe norunt: ſi enim hîc aliquid pro arbitrio liceat decerpere, nullæ erunt ſacrorum Codicum genealogiæ, nutabit omnis ſacra hiſtoria, minorque ei, quàm Herodoto aut Herodiano fides habenda erit, quod abſit. *Fide enim intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei* κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας, ait Apoſtolus ad Hebr. cap. 11.

EXCVRSIO III.

De ſecundâ mundi ætate.

ANNORVM eſt omninò 382. quæ ſumma ex tribus ſeorſim probandis neceſſariâ conſecutione colligitur.

Prima eſt annorum 292. quam nemo in dubium reuocat: Suadetur enim ex annis duobus quos Sem poſt diluuium vixit, priuſquam Arphaxadum gigneret, Arphaxadi 35. Salæ 30. Heberis 35. Phaleg 30. Reu 33. Sarug 30. Nachor 29. Thare 70. totidem quippe annis capite vndecimo Geneſeos parentes illos filiis ſuis priores Moſes affirmat. Nec vlterius extendi hanc ætatem Hebræi eorumque ſequaces exiſtimant.

Secunda ſumma priori addenda eſt annorum 30. quos Caïnano iuniori damus.

Tertia vero annorum 60. neque enim anno Thare 70. ſed 130. natus eſt Abraham, vt infrà docebimus.

EXCVRSIO IV.

De Caïnan iuniore.

POSTERIORVM Patriarcharum choro inter Arphaxadum & Salam inſerendus videtur Caïnan, tùm quia 70. ſeniores Spiritu ſanĉto afflati, eius ortum, parentem, liberos, ætatem, mortem diſertis verbis tradiderunt; tùm maximè quia ſanĉtus Lucas eos ſecutus cap. 3. Euangelij inter progenitores Chriſti ſuo ordine & loco recenſuit: Tridentinum autem ſub anathemate definiit *ſuſcipiendos Bibliorum integros libros cum omnibus ſuis partibus prout in vulgatâ editione habentur,* ſicque nobiſcum hac in parte ſentiunt doĉtiſſimi ex Soc. noſtra, Bellarminus, Toletus, Salmeron, Barradius, Ribera, Gordonus, Samerius, Delrio, Mariana, Salianus, Bonfrerius, Tirinus cum Torniello, Haruillæo, aliiſque, quos citant.

Oppones Caïnanum iuniorem illum in Latinis Hebræiſque Geneſeos codicibus deeſſe, proindéque omittendum videri. Geminum planè huic argumentum; deſunt in Codicibus Græcis atque Latinis S. Matthæi tres Reges, Ochoſias, Ioas, & Amazias; ergo in ſerie Regum Iuda omittendi, & ex libris Regum ac Paral. eradendi ſunt. Verùm, vt imbelle eſt hoc telum, ita & alterum. Atenim in vetuſtis Lucæ exemplaribus dicitur non apparere: ita ſanè ſi veteres dicendi ſint libri, qui ab impuriſſimo nebulone Beza per ſummam impudentiam deprauati ſunt, an non pari iure dixerim olim in Hebræo extitiſſe, ſed ab inſcita manu expunĉtum? Hoc multi ex Catholicis aſſerunt, illud ante veteratorem Bezam nemo auſus fuerat effutire.

EXCVRSIO V.

De Regno Aſſyriorum.

ANTIQVIVS nihil habet Regno Aſſyrio profana vetuſtas, niſi aniles fabulas & inania quorundam commenta, quæ ab acutis & emunĉtæ naris Chronologis paſſim exſufflantur, audire velimus: quare ab eo profanarum Epocharum ſtatuemus initium.

Abraamum anno Nini 43. natum esse docuit in Chronico Eusebius, idque posteris ferè omnibus persuasit. Nos verò cum Petauio, aliisque, ab eo cogimur dissentire, hoc argumento conuicti. Conuenit inter omnes, primos in Oriente Assyrios imperasse, posteà Medos, inde Persas, qui citra controuersiam Principe Cyro regnum fœliciter auspicati sunt anno primo Olym. 55 Mundi verò ex nostris calculis 3495. Iam verò Medis, qui Persas antecesserunt, annos cum Diodoro & Ctesiâ imputamus 317. vt suo loco probabitur: Assyriorum autem imperium ex eodem Ctesiâ, Diodoro, Iustino, Eusebio, Clemente, ac penè omnibus (Africanum enim excipere oportet, qui Assyriis 41. Reges atque annos 1484. falsò attribuit) propagatum est ad annos præterpropter 1300. Ex quibus principiis fixo in Epocha Cyri gradu calculos ad anteriora extendimus hoc pacto. Medi 317. regnarunt ante Persas: ergo inierunt anno M. 3178. Assyrij regnarunt annis 1300. ante Medos: ergo inierunt anno M. circiter 1878. duce ac Principe Belo, qui in sacris codicibus Nembroth appellatur, & Babylonem dispersis iam per orbis prouincias Hominibus, primus in Regiam ædificauit.

Inde patet. 1. P. Salianum, Torniellum, aliosque, qui Eusebium sequuntur, annis 53. tardius hanc epocham consignare, nec Abrahamum viuente Nino, sed sub Ninyâ eius ex Semiramidis filio in lucem prodisse anno imperij Assyriorum 161. non vt voluit Eusebius 108.

2. Hallucinatum esse præ cæteris Tirinum in diuisione linguarum, quam 14. annis contigisse ait ante ortum Abrahæ, & in Assyriorum epocha: ipsum vide, & si potes, cum veritate concilia.

3. Troiam captam non fuisse regnante Assyriis Teutane, sed eius successore Teutæo, licet submissa ab eo Troianis auxilia duce Memnone plerique veterum prodiderint, nostramque Chronologiam propius ad veterum illorum ratiocinia accedere, quàm Eusebianam: cùm enim ante Ilij casum plures millenis annos regnatum apud Assyrios affirment, ex Eusebij tamen calculo octingenti circiter & 55. consurgunt.

4. Nostram de Assyriorum initio sententiam cum Hebræorum epilogismis, dissipatione Babylonicæ turris, atque ortu Phalegi posse consistere, vt monuimus in Concordia.

EXCVRSIO VI.

De Regno Sicyoniorum.

ANTIQVISSIMVM in Europa fuit, cuius vt initium exploratum habeamus, eadem qua supra methodo, considerandus est finis. Postremus Sicyoniorum Regum fuit Zeuxippus, post cuius obitum Agamemnon regnum illud inuasit, ita vt deinceps nulli proprij Reges fuerint, sed Sacerdotes dumtaxat annis 33. Regnatum porrò est Sicyone, vt penè consentiunt omnes, annis circiter 1000. hoc est, ex Petauij sententia annis vniuersim 997. sub Regibus autem 964. vnde sic argumentor. Desierunt Sicyonij Reges anno M. circiter 2854. ergo inierunt circa annum M. 1890. decem vndecimve annis post iacta regnorum Babylone fundamenta. Peccauit ergo non mediocriter Eusebius, qui Abraamum anno Europis 22. natum asseruit, cùm verè natus sit anno septimo Thelxionis quinti eorundem Regis, regni verò 149.

EXCVRSIO VII.

De Dynastiis.

NON minima fuit inter veteres de Antiquitatis prærogatiua disceptatio, omnibus sibi palmam vetustatis deposcentibus, sed fabulis propiora sunt quàm vero, quæ iactarunt in vulgus Chaldæi præsertim atque Ægyptij: Certum enim indubitatumque est apud Catholicos, interuallo Diluuij, diuisione terra-

rum, ipsiusque Babylonicæ turris ædificatione coërcenda esse omnium regnorum spatia. Vnde meritò repudiantur ab omnibus 133. Ægyptiorum Dynastiæ, quas ex Manæthone Africanus commemorat, quibusque annos assignat 5354. Eam ergo seriem iure proscripsit Eusebius, alteram amplexus, quæ ad annos Mundi & Historicam veritatem aptior esset. Eusebio adhærent alij omnes, præter vnum Scaligerum, qui consueto nouitatis studio, & Eusebij insectandi libidine, Dynastias reuocare contendit, demens, qui non viderit earum caput vltra mundi rerumque primordia in prolepticatempora longissimè promoueri. sed piget in iis immorari. Vide Petauium tum in animaduersionibus ad Epiphanium, tum initio secundi tomi de Doctrina Temporum. Quod autem ad Celtarum, Cimbrorum, Scytharum, Phrygum, Arabumque initia spectar, hoc mihi certum, nihil iis incertius esse, nec eos audiendos, qui ex Annianis quisquiliis aurum se gemmasque collegisse venditant.

EXCVRSIO VIII.

De anno natali Abrahami.

HEBRÆI anno Thare 70. natum Abrahamum volunt, cùm tamen anno eiusdem Thare 130. in lucem prodiisse nouum vetusque Testamentum luce meridiana clarius demonstret.

Primus locus est Genesis, cap. 11. vbi Moses Tharæi cum tota familia susceptam ex Chaldæa in Cananæam migrationem exponit his verbis: *Et eduxit eos de Hur Chaldaeorum, vt irent in terram Canaan, veneruntque vsque Haran, & habitauerunt ibi* (quia scilicet bonus senex annos iam 200. natus, vlterius præ senio progredi non potuit, quæ fuit vnica causa cur in Haran quinquennio substiterit Abraam vsque ad obitum parentis.) Vnde subdit, *Et facti sunt dies Thare* 205 *annorum, & mortuus est in Haran.* Tum initio capitis sequentis: *Dixit autem* (vel, vt alij volunt, dixerat) *Dominus ad Abraam, exi de terrâ tuâ*, &c. Et paulò post. 75. *annorum erat Abraam cùm egrederetur de Haran.*

Secundus locus Actorum capite 10. litem prorsus decidit. *Tunc exiit de terrâ Chaldaeorum, & habitauit in Charan, & inde postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam in qua nunc vos habitatis*, &c.

Ex quibus inuictum argumentum & nodus texitur indissolubilis, quo firmiter adstricti aduersarij numquam expedire se poterunt. Abraam natus erat 75. annos cùm mortuus est Thare annos natus 205. ergo Abraam non est natus anno patris 70. sed 130. dempti enim 75. ex 205. residuos faciunt annos 110. Probatur antecedens. Mortuus est Thare antequam filius exiret de Haran, vt satis apertè innuit Moses, dum post mortem Thare eodem veluti filo connexam cum eâ filij migrationem pertexuit, & optimus Mosis interpres Stephanus citra ambages vllas planè asseruit: sed cùm exiit de Haran natus erat 75. annos, vt ait Moses commate 4. capitis 12. Torquet hic nodus aduersarios, in easque angustias redigit, vt inde euoluere se sine generoso aliquo facinore non possint.

Fingunt ergo geminam migrationem, alteram viuo adhuc patre anno Abraami 75. alteram sub patris obitum anno eiusdem Abraami 135. cùm hercifcundæ hæreditatis causa Charras esset profectus; & de hac posteriore Stephanum, de altera Mosem esse locutum, sed vt alias modò quæstiunculas omittam, quibus vrgeri sequeruntur ac confodi. Quid opus est interpolare, imò & peruertere verba S. Stephani, totamque eius orationem, quæ alioqui planissima est, & ex solis penè Mosis verbis contexta, commentitiæ interpretationis tenebris inuoluere? Equidem de ea migratione loquitur S. Stephanus, quam suscepit Abraam cùm non haberet filium, nec datum esset testamentum circumcisionis, nec passum pedis haberet in terra, nec 400. afflictionis anni inchoati. Atqui hæc de sola, vera & prima, non de 2. illa fictitia intelligi possunt, vt per se patet. Primo enim, vnde eam hausisset Stephanus, cum de ea ne γρῦ quidem apud Mosem, qui solerti diligentia omnia Abraami facta, dicta, ac penè vestigia omnia persecutus est? Qua verò

fronte ista omnibus ad illum diem ignota Pharisæis Doctoribusque Legis, quam vt vngues digitosque suos norant, obtrudere fuisset ausus, an non illico vt diuinæ legis deprauator è synagoga fuisset eiectus? Vide quæso locum ipsum. Infans enim fuerit orator S. Stephanus & σκοποιόπαις, si eius orationem interpreteris hoc pacto. *& habitauit in Charris ab an. 71 ad 75. & inde* (non 76. anno, vt res ipsa clamat, sed post 60. integros annos, cum eo sub patris obitum non expectatus hæredipeta remeasset) *transtulit*, μετῴκισεν, *eum*, cum aliquot seruitiis atque pecoribus *in terram Chanaan*, quam iam per 60. annos obierat cum Sara, Lotho, filiisque, in eáque innumeris opibus ditatus fuerat. *& repromisit dare illi eam in possessionem*, quando? *cùm non haberet filium*, respondet Stephanus. ergo ab an. 136. ad 76. id est, à meta ad carceres reuocat se sanctus orator: secundæ enim migrationis tempore, quam solam hîc agnouisse volunt, Isaac iam natus erat an. 35. Ismaël 50 tum ad annum Abraami 99. historiæ suique memor rectà progreditur, *& dedit illi testamentum circumcisionis*, &c. quæ per otium expende, & vide, quàm verè παραστροφὴν interpretationi nostræ impingant.

Deinde vel in hac fictitia profectione duxit secum totam familiam cum vxore & filio, vel solus abiit: si hoc vltimum, quid opus fuit nouo Dei mandato, vt transferret eum in terram, in qua dilectissimam vxorem animam tantumnon agentem, filium posteritatis sanctæ spem vnicam, & familiares omnes reliquerat? Si primum, cur non ipse filio præsenti conciliauit nuptias cum Rebecca, eamve secum duxit, aut saltem despondit? cur eodem fidissimum seruum post tres quatuorve annos ablegat? cur ille cap. 24. v. 35. hæc subiungit, *Et peperit Sara filium Domino meo in senectute sua*, &c. quæ melius ipsi iam notant ab Abrahamo edocti. Adhæc, amabo, cùr non ipse peregrinationem illam vxore defuncta cum filio suscepit Abraam, qui ante annos 4. eam vegetus & valens obierat? an non potior videri debuerat nuptiarum filij conciliatio, quàm hæreditatis paternæ diuisio? Aiunt eum diuino monitu iter illud emensum: Eugepæ, actum erat de causa, nisi machina quæpiam θεόθεν delapsa fuisset. Præterea cur tantum iter adorsus est senex vt hæreditatem adiret, qui patris inuisendi causa totis 60. annis pedem è Palæstina non mouerat? annon dixerat ei Deus, *Egredere de terrâ tuâ, & de cognatione tua?* numquid hoc est respicere retro? numquid aduersatur Apostolus cap. 11. ad Hebræos 15. Cur non etiam abiit Loth, aut eius filij? an non satis ei benedixerat Deus in terra Chanaan, vt ad relicta Nachori pecora & seruitia non oppidò multa viri locupletes anhelarent? nulla ergo causa fuerit huiusmodi profectionis.

Postremò vel nunquam toto illo tempore inuisit parentem, vel aliquoties saltem ad eum in fide vnius Dei magis ac magis corroborandum profectus est: Primum de filio amantissimo & suorum curam habente dici nequit; neque etiam secundum, cùm sub finem cap. 22. veluti quid nouum nuntietur Abrahæ, *quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo*. Reliqua causæ nostræ firmamenta leges apud Salianum, Torniellum, Haruillæum, Bonfrerium, Tirinum, qui Chrysostomum, Procopium, Theodoretum, Chronicon Alex. pluresque alios nostrarum partium signiferos in aciem producunt.

Oppones verba Mosis cap. 11. v. 26. *Vixit Thare 70. annis, & genuit Abraam, Nachor & Aram*. Sed ex illis hoc tantum consectarium est, neminem ex tribus illis ante annum parentis 70. genitum fuisse. Quæ explicatio, præterquam quod est D. Augustini, ex hoc suadetur vel maximè, quod similis adhibenda sit alteri loco capitis 5. *Noë verò cum esset 500. annorum genuit Sem, Cham & Iaphet*, constat enim Semum tantum biennio pòst fuisse genitum. Denique quomodo Aram Melchæ pater & Saræ, quæ Abraamo tantum 10. annis natu minor fuit, socer fratrum suorum esse potuit, si post eos genitus est? Quod telum validè intorquent in aduersarios Salianus, Tirinus, &c.

Vrgebis, primogenitus fuit Abraam. Negamus hoc cum multis apud Torniellum, nominatimque cum D. Augustino, quem tamen ad conflandam veritati inuidiam quidam nobis opponunt. Nec refert quod primo loco recensitus sit. Hic enim locus dignitati datus videtur, non origini, vt in multis aliis scripturæ locis obseruauimus.

Dices cum Abulensi, prætermissus fuisset à Mose natalis annus Abraami, propter quem vnum omnis ista generationum series instituta fuit. Respondeo eum adeò apertè in geminâ Mosis sanctíque Stephani oratione contineri, vt partium studio occœcatus ille sit, qui eum in obscuro relictum fuisse conqueratur.

EXCVRSIO IX.

De tertiæ ætatis annis, & de morâ in Ægypto.

COMPLECTITVR tertia mundi ætas ab anno natali Abraam ad Exodum annos 505. quæ summa passim recepta per partes probatur hoc modo.

Natus est Isaac anno patris centesimo. Idem sexagenarius Iacobum gignit: Iacob annum agens 130. in Ægyptum descendit: igitur ab ortu Abraami ad Ægyptiacam profectionem sunt 290. & à Promissione, quæ anno Abraami 75. facta est, anni 215. Porrò Israëlitarum in Ægypto moram à descensu Iacobi ad Exodum vsque non plures quàm 215. annos tenuisse ex eadem Scriptura post Iosephum, Eusebium, Chrysostomum, Augustinum, aliosque deinceps Theologos & Interpretes demonstro contra nuperum quendam Chronologum, qui Genebrardi de annis moræ 400. sententiam peruicaciter propugnare aggressus est.

Primò enim quo tempore Iosephus patrem excepit, annum vitæ agebat 40. vixit autem postea annis 70. ab eius verò morte ad ortum Mosis anni sunt 65. Moses autem octogenarius erat, cùm populum eduxit: colliguntur ergo ab ingressû in Ægyptum ad egressum anni 215. ab ortu Abraami 505. à Promissione 430. quot scilicet annos cap. 4. Epistolæ ad Galatas præfiniuit Apostolus. *Hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo, quæ post* 430. *annos lata est lex, non facit irritum ad euacuandam promissionem.*

Deinde Ægyptiacæ commorationi 430. annos vel 400. omninò repugnare sic probo. Caath, quando venit in Ægyptum cum patre Leui & auo Iacobo, saltem anniculus erat, aut bimulus: vixit autem annis 123. Amram eius filius vixit 137. Moses verò Exodi tempore annum agebat 80. sed ij omnes anni simul collecti vix ad summam 350. perueniunt, ex qua tamen detrahendi sunt illi, quos filij cum patribus vixerunt, alioquin bis numerarentur. Idem quoque argumentum in Core, Dathan, aliisque Iacobi abnepotibus firmissimum erit.

Opponitur 1. dici Genesis 15. v. 13. *peregrinum fore genus Abraham, & seruiturum annis* 400. Respondeo afflictionis annos ab ortu Isaaci passim à Patribus aliisque computari. Deinde falsum est Israëlitas in Ægypto seruisse 400. annis, neque enim viuente Iosepho, & multis post eius obitum annis à Pharaone vexati sunt.

Opponitur 2. hic Exodi locus cap. 12. v. 40. *Habitatio filiorum Israël quâ habitauerunt in Ægypto fuit* 430. *annorum.* Respondent linguæ sacræ periti, locum illum ex Hebræo sic verti debere. *Peregrinatio filiorum Israël, qui quidem habitauerunt in Ægypto, fuit annorum* 430. sensus enim est Abraamum posterosque eius à promissione facta peregrinos errasse ad illum vsque diem, quo ex Pharaonis seruitute fugerunt. Quæ interpretatio satis per se plana ex Græca 70. seniorum versione certissima efficitur. Sic enim habent: *Habitatio filiorum Israël, quam habitauerunt in terrâ Ægypti & Chanaan ipsi & patres eorum, fuit* 430. *annorum.* Confer præterea cum his quæ SS. Stephanus & Paulus Actorum 7. & 11. de temporibus istis disputant, anni enim quasi quadringenti quinquaginta, quibus elapsis sorte distributa est terra Chanaan, vt rectè sentiunt Salianus & Tirinus, ab anno M. 3139. quo natus est Isaac, inchoati desinunt in an. M. 2589. Iosue 6.

Opponitur 3. mirum videri ex 70. hominibus tantam multitudinem in tantis temporis angustiis excreuisse, vt sexies centena millia virorum militarium migrationis tempore superaret. Verùm non esse propterea protrahendos vulgares terminos egregiè docet inter cæteros Caluisius, quem vide cap. 34. Isagoges.

EXCVRSIO X.

De Regno Argiuorum.

IN Argiuorum regno, quo post Abrahæ ortum nullum vetustius est, Reges numerantur 14. ab Inacho vsque ad Acrisium, quo per imprudentiam à Perseo nepote occiso regni sedes Mycenas translata est post annos ab Inachi primordio 546. à Danao, qui pulso Gelanore filio Stheneli, secundam Dynastiam exorsus est annis omninò 163. adeoque anno M. ex Eusebianis calculis 2742. vnde initium Argiui regni, si retro ad anteriora reflectas, facili negotio reperies designandum esse in anno M. 2197. vt in Concordia monuimus. Nostras enim in tabulas error irrepserat, anno 2177. in locum 2197. substituto, vt ex Phoronei anno primo & annis 546 qui inde ad Persei exordia fluxerunt, colligere licet.

Hinc verò arguas velim Iosephum, Talianum, Clementem, aliosque, quibus persuasissimum erat Inachum Mosis synchronum fuisse: Eum enim errorem benè castigauit Eusebius, cùm Inachum ante Israëlitarum migrationem annis 346. regnasse docuit, non verò annis 325. dumtaxat, vt quidam viri eruditi minus probabiliter docuerunt.

EXCVRSIO XI.

Ogygium Diluuium.

VT in stabiliendis sacræ Historiæ annis progressiuum ordinem, vt aiunt, sic in profanorum digerendis temporibus retrogradum esse seruandum, & insinuauimus iam sæpè, & ex hac Epocha quæ inter profanas celeberrima est, perspicuum omninò reddetur.

Nos in tabulis nostris anno M. 2292. post Noëticum diluuium 636. ante mortem Alexandri 1438. ante Olympiadum initia 986. illigauimus, hoc nixi fundamento. Cedrenus in Compendio historiarum, ex vetere aliquo haud dubiè Chronographo, Ogygiam eluuionem in Attica contigisse refert annis 248. ante Deucalionæam, atqui ista contigit, vt infrà probabitur anno M. 2540. ante Troianum excidium 330. A. Chr. 1514. Ergo Ogygis diluuium contigit anno M. 2292. ante Christum 1762.

Salianus reuocat ad annum M. 2258. secutus Acusilaum, qui apud Eusebium illud contigisse affirmat annis ante primam Olympiadem 1020. Petauius autem in Chronico, quod subiecit tomo secundo operis de doctrina temporum, contulit in annum Per. Iulianæ 2958. cùm potuisset conferre in annum eiusdem 2952. ideóque sex annorum metachronismo aberrauit. In Rationario verò alium annum Ogygis diluuio attribuit, nimirùm Periodi Iulianæ 2937. hoc fundamento, quod Smyrnæus Chronologus recens in Asiâ effossus consignet diluuium Deucalionis an. Per. Iulianæ 3185. ad quem ab anno 2957. anni 248. à vetere Chronologo apud Cedrenum huic interuallo deputati, numerantur. Sed non tanti sunt habenda Arundelliana illa marmora, suppositititia fortè, saltem superioribus sæculis incognita, vt in patrocinium debeant adoptari, cùm præsertim eodem adstipulante Petauio, receptas ab omnibus rationes perturbent.

Maneat ergò immotus Diluuij Deucalionæi annus, quem & ipse priùs approbarat in Chronico, & nos ex Clemente, ipsoque Eusebio infra demonstrabimus, & sanè si fidem denegat Clementis Chronologo, cur ea digniorem Cedrenum tanto posteriorem existimat? an non potius Acusilao cum cæteris erat adhærendum?

EXCVRSIO

EXCVRSIO XII.

De Iobo.

NON contendo hîc genealogiam Iobi retexere, Interpretis munus eſt, non Chronologi; eòque, egregiè inter cæteros functus eſt P. Petauius lib. 9. de doctrinâ temporum: tempus tentationis inquiro, quod ex Cyrillo Alexandr. Olympiodoro ac Suidâ recentiores multi ad ſeptennium protrahunt, iiſque aliàs ſubſcripſeram, ſed re modò melius perpenſâ cum Chryſoſtomo, Origene, Petauio atque Tirino non toto anno circumſcribendam cenſeo, & duplici ex capite confirmo.

Primum eſt quod facilè concedunt omnes, acerbam Iobi cum dæmone luctam annum vitæ eius 70. non anteceſſiſſe. Alterum, de quo controuertitur; illam eandem 70. annum non exceſſiſſe, quodque conſequens eſt aliquot tantùm duraſſe menſibus. Illud verò ex eo probatur, quod poſt tentationem Scriptura dicat *Iobum omnia recepiſſe duplicia:* Ergo & annos vitæ bis 70. recepit, hoc eſt 140. tot enim ſuperſunt à 70 ad 210 quo anno mortuus eſt, vt habetur Iobi vltimo cap. v. vlt. ergo anno vitæ 70. cœpit & finita eſt tentatio.

EXCVRSIO XIII.

De ſeruitute Ægyptiacâ.

SANCTVS Auguſtinus libris 16. & 18 de Ciuitate, & poſt eum Salianus ac Tirinus rectè colligunt ex cap. 1. Exodi, ſeruitutem Ægyptiacam non ſtatim à morte Ioſephi cœpiſſe, vt cum Euſebio nonnulli ſenſerant, ſed 52. circiter ab ea inchoatam, non annis 144. ſed ad ſummum 92 duraſſe. Dicitur quippe Exodi 1. v. 6. *quo mortuo & vniuerſis fratribus omnique cognatione illâ*, atqui Leui, vt alios taceam, Exodi 6. v. 6. vitam dicitur protraxiſſe ad 137. an. & conſequentes 13. annis Ioſepho fratri ſuperuixiſſe. Deinde dicuntur filij Iſrael *multiplicati nimis & fortiores Ægyptiis, idque à Rege, qui non nouerat Ioſeph.* Cœperit ergo anno moræ 123. M. 2451.

EXCVRSIO XIV.

De Regno Athenienſium.

HOc regnum coniecimus in annum Periodi Iul 3156. M. 2496. Moſis 33. ante captam Troiam 374. quia ex Euſebio Meneſtheus Rex Athenarum à Cecrope vndecimus, eodem anno quo Ilium captum eſt, creditur obiiſſe. Vnde per ſingulas Regum ſummas anterius procedendo perueniemus ad eum mundi quem protulimus annum.

P. Salianus biennio tantum tardiùs progreditur, Smyrnæa verò marmora annis 23. Epocham hanc anteuertunt, illigant enim initium Cecropis an. M. 2473. Per. Iul. 3133. niſi fortè quis dicat, aliud eſſe Cecropiam dictam fuiſſe Atticam, aliud regnum capeſſiuiſſe Cecropem.

EXCVRSIO XV.

Diluuium Deucalionis.

NOETICO poſterius fuit annis 884. Ogygio 248. vt ſuprà monuimus ex Cedreno. Contigit autem ſimul cum Phaëthontis deflagratione anno Moſis 77. Cecropis 44. ante Troiæ excidium 330. Per. Iul. 3200. proindéque ab ortu rerum omnium 2540. vt ex interuallis temporum à veteribus Chronologis, quos

Clemens Alexandrinus libro Stromatum primo secutus est, assignatis planum omnes eruditi existimant. Ex iis enim fontibus deriuata sunt, & pondus habent quæ de Idæ deflagratione, Raptu Ganymedis, Persei expeditione, Ilio condito, & Argonautarum in Colchidem nauigatione, in Concordia tabulisque nostris asseruimus, de quibus non erit necesse plura modò disputare.

Salianus Eusebium secutus, Diluuium Deucalionis conijcit in annum M. 2530. Mosis 67. Cecropis 33. parochronismo decem annorum. Promiserat autem P. Petauius demonstraturum se posthabita priore, quam in Chronico amplexus fuerat de Deucalionis eluuione sententiâ nouam anteferendam, quam in Rationario protulit, & cum anno Per. Iul. 3185. Mundi ex Epilogismo nostro 2525. composuit, 16. annis priusquam de facto contigerit. Verùm prolato dumtaxat Smyrnæi Chronologi testimonio, qui vt nullius nominis, sic & nullius auctoritatis, aut certè perexiguæ censeri debet, ne verbum quidem addidit, quo nostram suámque olim sententiam labefactaret, nouámque de Ogygis cataclysmo opinationem communiret.

EXCVRSIO XVI.

De interuallo quartæ ætatis, vbi de annis seruitutum.

QVARTAM mundi ætatem continere annos 479. ex tertij libri Regum, cap. 6. omnes magni ac minuti Chronologi tanquam exploratissimum supponunt, totamque summam sic particulatim plerique distribuunt.

Moses ab Exodo vixit 40. annos. Iosue præfuit Israëli annis 17. Othoniel 40. Aod 80. Barac cum Debora 40. Gedeon 40. Abimelech 3. Thola 23. *Iaïr* 22. Iephthe 6. Abesan 7. Aialon 10. Abdon 8. Samson 20. Heli 40. Samuel 21. Saül regnauit annis 18. Dauid 40. Salomon 3. antequam prima templi iaceret fundamenta qui omnes anni in vnam collati summam exhibent annos 479. Eaque ratione efficitur verè *quartum Salomonis annum fuisse*, vt sacer asserit textus, *ab Exodo* 480.

Ab hac communi sententia dissentire voluit Petauius: quid enim eum coëgerit, vt in semitam diuerteret à Regia via, non video, cùm ea tantummodo proferat, quæ à nostrarum partium scriptoribus fuerunt dilucidè hactenus explicata, nec ipse Scaliger, quamuis nouitatis amantissimus & importunissimus Eusebij insectator ausus sit interuallum illud adeò firmis munitum præsidiis conuellere.

Dices separandos esse annos seruitutum à Iudicum annis, quibus quieuisse terra perhibetur. Respondeo primò, hoc si fiat annos fore non iam 519. *vt ipse contendit*, sed longè plures, cùm enim sint sex seruitutum interualla, cur duo posteriora à Iudicum annis non distrahit perinde ac priora, cùm eadem sit omnium ratio? Certè qui à communi sententia recesserunt, annos numerant circiter 600. Iosephus enim & Canus 592. Serarius 680. Sigonius in Sulpitium 588. Chronicon Alexandrinum 630. Clemens verò Stromateus seu alij apud eundem omnino plures quingentis ac 20. attribuunt. Deinde si ad viuum omnia resecanda sunt, & verba scripturæ vt sonant exponenda, cur Samuelis politicam gubernationem cum Saülis regno confundit? annon satis apertè contrarium insinuare videtur Apostolus Actorum 13. *Et post hæc dedit Iudices vsque ad Samuel Prophetam, & exinde postulauerunt Regem, & dedit illis Deus Saül filium Cis annis* 40. Quod si placet hîc vulgata Bedæ, aliorúmque interpretatio, vt immota maneat scripturæ 3. Reg. certissima epocha, cur in aliis mitigandis eadem reiicitur?

Respondeo secundò, terram quieuisse 20. aut 40. annis idem esse, quod intra 20. aut 40. annos datam esse populo illi quietem à tyrannide vicinorum hostium, qui sub ortum Iudicum opprimebant Iudæos, non autem totos illos annos aut quietos fuisse, aut turbulentos.

Cui communissimæ & commodissimæ interpretationi facem prætulit ipsa scriptura: cùm enim Iudicum 4. v. 3. dixisset Iabin Regem Chanaan vehementer oppressisse Iudæos per 20. annos, mox v. 4. subdit, *In illo tempore, nempe* 20. *annorum*

Debora prophetis iudicabat populum, ergo 20. illi anni includuntur in 40. annis, quibus ipsa Iudicem egit. Deinde cap. 15. in fine, dicitur *Samson iudicasse quidem Israëlem 20. annis. sed in diebus Philisthiim, qui tum imperabant*, vt habetur v. 11. Huic ergo acquiescendum putamus, ne plurimis scripturæ locis vim afferre cogamur, quod sanè numquam vitabunt aduersarij, seu cùm 20. totos annos Heli Pontifici detrahunt, aut Samsonem exauthorant, aut certè duos simul Iudices toto Samsonis tempore constituunt, seu cùm illum annum, quo Iudæi relictâ eremo migrarunt in Palæstinam, quique ab Exodo est 40. affirmant dici posse *annum egressionis filiorum Israël de terrâ Ægypti*, vt gratiore aliquo colore veritati fucum faciant, & locum illum 3. Regum, quem omnes veluti pharum quandam in obscuris priscæ vetustatis tenebris illucescentem merito suspiciunt, quoquomodo explicare videantur. Verùm esto dici possit Hebræos cumprimùm in Chananitidem pedem intulerunt, ex Ægypto exiisse, & *Galaaditis cum terrâ Gessen, Iordanis cum mari rubro, Iosue & Eleazar cum Mose & Aarone confundantur*, quæ ratio supererit conciliandi Sixtiana Biblia cum Hebræis atque vulgatis, in quibus, vt apud ipsum quoque Seuerum Sulpitium leges, disertè habetur *anno* 440. *ab Exodo*, non vt alij omnes libri continent, 480. *templum fuisse fundatum*.

Petes quot annis Iudices præfuerint? Respondeo si ex annis 480. annos Mosis 40. & 62. quibus in Israële regnatum fuerat cùm templi fundamenta iacta sunt, subduxeris, residuos fore annos à Iosue ad Saulem 378. à Mose 418. ab Othoniele 361. ab anno M. 2601. ad annum 2962. Inierunt autem Hebræi Iudices post legislatoris mortem, Iosue duce, anno M. 2584. ante Vrbem conditam annis 718. vt ex Diuo Augustino infrà docebimus. Cæterùm in annis Iosue mira est auctorum inter se discrepantia, nos Saliano & Tirino adhæsimus, annosque Præfecturæ ipsius septemdecim attribuimus.

EXCVRSIO XVII.

De Regnis Lacedæmoniorum & Troianorum.

FERME eodem inchoata tempore arbitramur: Illud à Lelege aliquot annis post ædificatam Lacedæmona: Hoc verò à Dardano anno M. 2574. vt ex singulorum Regum annis à morte Priami ad superiora progrediendo certissimum fiet. Quinquennio post, id est an. M. 2579. apud Argiuos pulso legitimo successore regnum inuadit Danaus Ægyptius, & obtinet an. 50.

EXCVRSIO XVIII.

De annis Sabbaticis ac Iubilæis.

COMMVNIOR est, vt ingenuè fatear, de annis Sabbaticis ac Iubilæis ea sententia, quam Torniellus, Salianus ac Tirinus amplexi sunt; firmioribus tamen nixa fundamentis videtur altera, quam post Scaligerum eiusque sequaces Caluisium, Emmium, *&c.* Petauius probauit libri 9. capp. 26. & 27. Quare cum eo.

Dico 1. non ab ingressu Palæstinæ, sed ab eius possessione numerandos esse sex illos agricolationis & messis annos, quos septimum annalis hebdomadæ annum qui Sabbaticus dicitur, præcessisse oportuit, ex Leuitici cap. 25. commate 3. *Sex annis seres agrum tuum, septimo autem anno Sabbatum erit terræ.* Quomodo autem armati & in procinctu ante diuisionem terræ semper ad bellum expediti, terram quam nondum obtinuerant, arabant, serebant, demetebant: Fuerit ergo primus annus Sabbaticus, vt in Concordia diximus, Mundi 2595. ab Autumno, seu à decima die mensis Tisri ipso festo Expiationis anni superioris inchoatus, ab ingressu 12. non septimus, ab Exodo 52. non 47. Hunc verò annum cum tribus illis Sabbaticis M. 3891. 3919. & 4017. quos fixos certosque statuunt omnes eruditi,

congruere manifestum erit cuilibet, qui annos Periodi Iulianæ iis respondentes, per septem diuidere voluerit. Friuolum quippe est cum Scaligerianis Sabbaticos annos ab orbis conditu accersere.

Dico 2. Iubilæum omnem annum semper eundem cum Sabbatico fuisse, quinquagesimum verò tum à Scriptura, tum à SS. Patribus appellari, quod ambos terminos priorem scilicet posterioremque Iubilæum atque Sabbaticum includeret, & ratio sanè id persuadet. Deus enim non tantùm septimum diem & septimum annum, sed septimum etiam septimæ hebdomadis annum peculiari religione consecrare voluit, vt ex ipso Leuitici cap. 25. omnino patet. Deinde minus credibile videtur duobus continuis annis à culturâ agrorum aliquando cessatum, aut vno tantum sementis messisque anno interposito annum alterum requietis ac vacationis subinde rediisse, quod ex contrariâ opinione consectarium nullâ scripturæ aut Iosephi auctoritate ne tantillum quidem firmari potest; quod sanè non debuerat Moses omittere, vt benè perpendit Petauius. Fuerit ergo primus Iubilæus, idemque septimus Sabbaticus annus M. 2658. ab Autumno superioris anni inchoatus.

At opponens Mosem Leuit. 25. postquam 49. annos, id est, hebdomadas 7. definiuit; mox subdere, *Sanctificabisque annum quinquagesimum*: sed iam responsum est vtrumque terminum in seriem numerumque coniici, quod in Olympiadico Lustro, Enneadecaeteride, similibusque quotidiano sermonis vsu tritum est ac peruagatum. Cur autem otiosa non fuerit præcepti illius de cessatione terræ iteratio, quam Legislator adhibet, pluribus docebit is, quem sæpè laudamus, Doctrinæ temporum Primarius Antistes, qui etiam contra Scaligerum, Alapide, Tirinum, nonnullosque alios rectè demonstrat vana esse ac leuia argumenta, quæ Ezechiæ 13. annum, & Sedeciæ vndecimum Sabbaticos fuisse suadere possent.

EXCVRSIO XIX.

De regnis Corinthiorum & Mycæneorum.

ILLVD inchoamus ab anno 2643. quo Sisyphus Ephyram seu Corinthum incolis frequentasse dicitur ab Eusebio: Regnarunt enim eius posteri annis 308. donec ab Heraclidis eiecti sunt anno M. 2951.

Hoc verò refertur ad annum M. 2942. quo Perseus interfecto Acrisio regni sedem Mycenas transtulit, quamuis paulò pòst Talaus Adrasti pater Argis regnasse dicatur. Stetit porrò Mycenæorum regnum annis 210. donec ab Heraclidis Peloponnesum occupantibus eodem, quo superius, anno 2951. deleretur.

EXCVRSIO XX.

De Regno Latinorum.

ABORIGENES in Latio Reges tres commemorat Georgius Monachus in Scaligeri excerptis, Picum an. 57. Faunum an. 44. Latinum an. 36. Eusebius verò in Chronico duos insuper addit, Ianum atque Saturnum, iisque omnibus vniuersim assignat an. 150. cùm ergo certum sit ex Dionysio Halicarnasseo Antiq. l. 1. mortuum esse Latinum anno ab excidio Troiæ quinto M. 2874. dicendum erit Picum iniisse an. M. 2757. Ianum verò quo regnante Saturnus è Cretâ profugus in Latium venit anno M. 2724. regnum iniisse annis ante Picum 33.

Cæterùm Æneas in Italiam appulit altero post patriæ euersionem anno, moriensque quinquennio post, Ascanium filium successorem reliquit. Hic autem relicto, quod condiderat pater, nouercali Lauinio, Albam Longam exstruxit annis post Troiam excisam 32. Vide quæso Dionysium.

EXCVRSIO XXI.

Herculis Olympia.

QVÆ de Olympicis ludicris annotarunt Petauius atque Tirinus per otium consules. Hîc tantum dico celebrata fuisse ab Hercule prima Olympia, quantum ex Clemente Alexandrino colligere possumus, annis 442. ante eorundem factam ab Elidensi Iphito restaurationem, hoc est anno M. 3886. triennio postquam septem Græcorum duces aduersus Thebanum Eteoclem pro Polynice expeditionem suscepissent.

EXCVRSIO XXII.

De regno Lydorum.

HERODOTVS ferè initio libri primi refert posteros cuiusdam Lydi Atys filij Lydiæ regnum ante Heraclidas olim obtinuisse; Heraclidarum autem primum Lydis imperasse Argonem, à quo ad Candaulem vsque numerat annos 505. ex quo sic licet argumentari. Gyges occidit Candaulem an. Per. Iul. 4000. M. 3340. ergo Argon cœpit regnare an. M. circiter 2835. à quo ad 3340. interuallum est annorum 505.

A Gyge autem, qui primus Mermnadarum fuit, ad Sardium expugnationem numerantur anni 170. qui ad summam præcedentem adiecti colligunt annos 675. quibus in Lydiâ ab Heraclidis & Mermnadis regnatum est.

EXCVRSIO XXIII.

Troianum excidium.

ERVDITE, vt assolet, Petauius probat annum Troianæ vastitatis cadere in annum Per. Iul. 3530. non verò 3531. siue ex nostris calculis in annum M. 2870. non autem 2871. vt contendit Salianus cum ingenti aliorum turbâ.

Primò, quia Dionysius Halicarnasseus disertè affirmat captum Ilium die mensis Thargelionis 23. diebus 17. ante solstitium. Atqui characteres illi egregiè conueniunt anno, quem assignauimus, non verò sequenti, vt pluribus ostendit Petauius lib. 9.

Secundò, quia Diodorus Siculus annum 1. Olymp. 94. seu M. 3650. ait fuisse ab exciso Ilio 780. ergo annus excisi Ilij non fuit 2871. annus Mundi, alioquin tantum esset 779.

Tertiò, quia Eusebius in libris de Præparatione, interuallum ab Ilio capto ad primam Olympiadem esse asserit annorum 408.

Errant ergo qui ex Eratosthenis tabulis affirmant annum primum Olympiadis primæ esse à casu Ilij 407. dicendum enim est Olympiadem primam iniisse post annos 408. à solstitio illo, quod proximè Troianam euersionem sequutum est, adeóque primum Iphiti annum numerandum esse à captâ Troiâ 409.

EXCVRSIO XXIV.

Heraclidæ, Lacedæmonij & Corinthij.

HERCVLE mortuo cùm Eurystheus eius posteros vellet extinguere, veritus, ne, si adoleuissent, Mycenas inuaderent, illi supplices ad Thesëum Athenas confugiunt: vnde bellum exarsit, in quo ab Hyllo Herculis & Deianiræ filio occisus est Eurystheus: post cuius mortem Peloponnesum Heraclidæ tentant semel iterumque, sed irrito conatu, donec post 100. annos à primâ ir-

ruptione, in quâ ab Echemo interfectus fuerat Hyllus, & ab excidio Troiano solidos 80. Aristomachi duo filij Temenus & Cresphontes totidémque eius ex Aristodemo nepotes Procles & Eurysthenes Herculis posteri, fugatis Orestidis Ionibúsque, sedem fixerunt Lacedæmone, ab iisque propagatum regnum in duas tributum est familias. Rectè ergo collocata sunt à nobis regni illius incunabula in anno Heraclidarum reditum consequente.

Eodem quoque tempore postremi posterorum Sisyphi duo Doridas & Hiantidas Corinthi reges ab Alete Herculis atnepote regno exuti sunt. vnde altera apud Corinthios cœpit Dynastia annorum 324. post quam vel mortuo vel in ordinem redacto Teleste vltimo rege, substituti sunt annui Prytanes anno M 3275. triennio ante primam Olympiadem. Posteà tamen Cypselus annis 30. ac filius eius Periander annis 44. tyrannidem obtinuerunt, vt notauimus an. M. 3396. & 3426. vnde ab Alete ad finem Periandri anni 518. enumerantur.

EXCVRSIO XXV.

De annis trecentis quorum meminit Iephte, Iudicum 11.

VERBA sunt eiusmodi v. 26. *Quando habitauit in ciuitatibus iuxta Iordanem per trecentos annos, quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis?* Ea autem videntur difficultatem non modicam pati, cùm ab vltimo anno vitæ Mosis M. 3583. vsque ad primum annum ducatus Iephte M 2840. ad summum intercesserint anni 267. Sed respondeo primò militem loqui, non Chronologum, proindéque minus subductam ab eo exigi temporum putationem. Secundò, numerum allatum propinquiorem esse 300. quàm 200. Tertiò, sumendum illorum annorum exordium, non ab eo anno, quo de facto Chananitidis possessionem inierunt, sed ab eo tempore, quo exploratores à Mose missi, Num. 13. v. [illegible] totam terram circumlustrando obierunt.

EXCVRSIO XXVI.

De Regno Hebræorum, siue de annis Saülis.

EX tribus summis colligitur durasse annis 98. ab anno M 2962. ad 3060 quo fuit in duo regna diuisum, prima est annorum 18. Saülis, secunda annorum 40. Dauidis, tertia totidem annorum Salomonis, de solâ priore ambigitur. Cùm enim communis sententia afferat Samuëlis & Saülis annos simul collectos non excedere 40. ídque ex Act. 13. v. 20. eliciant passim Interpretes, vt immota maneat annorum 480. ab Exodo ad templum Epocha, in spatio illo vtrique seorsim partiendo labor versatur omnis. Petauius ex æquo diuidit. Tirinus secutus Sanctium Samuëli 38. assignat, Saüli tantummodo duos: Ego verò ex mente Saliani primò quidem 22. Samuëli assigno, anno enim ab Heli morte vigesimo *Samuël* v. 3. cap. 7. *dicitur Iudicem egisse, vocasse populum, ad pugnam direxisse,* &c. posteà verò subditur, *per singulos annos circumiuisse Bethel & Galgala*, ergo saltem attigit annum administrationis politicæ vigesimum secundum. Deinde Saüli octodecim concedo, aut, si volueris, paulò etiam pauciores, puta duodecim aut quatuordecim: fieri enim nullatenus potest, vt quæ de rebus ab eo belli pacísque tempore gestis Scriptura commemorat, biennij ambitu coarctentur. Deinde dicitur mortuus Samuel biennio ante Saülem. Tertiò Dauid, qui dicitur paruulus cùm in Regem à Samuële inunctus, natus tum fuisset 28. annos. Quartò, occiso Saüle regnauit filius eius Isboset iam quadragenarius, 2 Reg. 2. vir, qui vtique non erat primogenitus: Ergo Saül cùm ad regnum vocatus est, fuisset minimum sexagenarius, eiusdem scilicet ætatis cum Samuële & Dauide, qui præ senio nec populo præesse nec calefieri poterant. Suaue porrò est hominem canum & sexagenarium à parente decrepito mitti ad quærendas asinas. *Duo verò anni*

quibus regnasse perhibetur, 1. Reg. 13. commodè à SS Patribus Hieronymo, Gregorio, aliisque exponuntur de annis, quos in vitæ innocentia & mentis subiectione traduxit.

EXCVRSIO XXVII.

De Regno Tyriorum.

DE Tyri conditu non minor apud eruditos quàm de Carthaginis initiis controuersia. Iosephus disertè affirmat ex Tyriis Annalibus conditam fuisse 240. annis ante fundatum à Salomone Templum, totidémque post Exodum annis, & ante Troiæ excidium 87. Alij longè antiquiorem profitentur, atque ipsa Mosis & Iosue præcessisse tempora. Quidquid sit, obseruandum hîc venit nullam Tyriorum Regum in Scriptura fieri mentionem ante regnum Dauidis, cuius amicus dicitur Rex Tyri Hiram, siue vt à Iosepho vocatur Iromus Abibali filius circa annum M. 2980. vnde rectè arguit P. Petauius Hiramo illi ferè 60. regni annos esse tribuendos, ab anno scilicet 2984. ad annum M. 3044. quo post templi operúmque Salomonis absolutam ædificationem adiit viginti Galilææ oppida, sibi à Salomone mercedis nomine persoluta. Vnde grauissimus Iosephi aliorúmque aperitur error, qui annos tantum 34. illi assignant. Quod si patri eius Abibalo annos regni 35. concedimus, vel 40. tacet enim Iosephus, dicendum erit Tyrios reges circa tempora Heraclidarum descensus cœpisse dominari anno M. præter propter 2950.

Notandum est prætereà reperiri apud Iosephum duplicem Regum Tyriorum seriem, vtramque haud parum intricatam, maximè posteriorem, cuius tenebras alibi commodius discutiam. Vnum hîc tantum moneo, vltimum primi ordinis Pygmalionem 47. annis tyrannidem potius quàm regnum obtinuisse, eiusque anno septimo, hoc est à morte Hirami, si Menandri & Phœnices Annalium ratiocinia apud Iosephum sequimur, anno 104. Elisam Tyro cum thesauris profugisse anno Mundi 3147. fundati templi 125.

EXCVRSIO XXVIII.

Athenienses Archontes perpetui.

CODRO mortuo mutata est Athenis reipublicæ forma, anno M. 2984. Regibúsque subrogati sunt Archontes perpetui, quorum primus fuit Medon Codri filius, postremus & decimus tertius Alcmæon, quo vel mortuo vel exauthorato facti sunt Decennales ex Perpetuis anno M. 330. qui Varronis Palilia præcessit. Decennalibus verò successerunt annui Prætores, anno M 3368. vt pluribus probabitur infrà.

EXCVRSIO XXIX.

Ionica migratio.

INTER plurimas Græcorum in Asiam irruptiones, eminent duæ, Æolica atque Ionica. Prior contigit anno M. 2951. cùm Penthilus Orestis filius Æolum coloniam primus duxit in Thraciam, qui eo vita functo in Asiam traiecêre, eiusque partem nomine suo Æolidem vocauêre. Posterior contigit an. M. 3010 post captam Troiam annis 140. cùm Neleus & Androclus Codri filij transmearunt in eam Asiæ oram, quæ deinceps Ionia nominata est. Decennio prius seu anno M. 3000. ab Ilij casu 130. cœperat frequentari ciuibus Lesbos. Decennio verò pòst, seu anno post captam Troiam 150. Cuma Phricotis condita est in Asia ab Æolibus, qui anno 18. postquam ad Cumam appulerant, Smyrnæ fundamenta posuisse narrantur, anno post Troïca 168. quo tempore prodiit in lucem Princeps

Ieroboami secundi victorias nuntiauit, sic diuido, vt vegetæ eius ac florenti ætati, puta 30. annorum laboriosam in longinquas oras missionem; Senili verò, puta 80. annorum ætati in patriâ vaticinium assignem. Si tamen necesse sit dicere, quod minimè reor, Ionam viuente aut regnante Ieroboamo celebres illas de Syris victorias prædixisse. Eusebius quique eum conferto sequuntur agmine, Ctesiæ, Diodori Siculi, aliorumque veterum neglecta auctoritate omnia hîc susque déque vertunt.

EXCVRSIO XXXIII.

De tutelâ Lycurgi.

CVM pro Charilao Polydecti Regis filio adhuc infantulo regnum administrauit; celebris est apud veteres Historicos, & refertur in tabulis Eratosthenis apud Clementem libro Stromatum primo ad annum à capta Troia exclusiuè, vt aiunt, 299. seu potiùs 300 proindéque ad annum Mundi 3170. à quo ad Olympiadis primæ initium 108. anni solidi numerandi sunt, ita vt primus Iphiti annus sit à Lycurgi tutela 109. à casu verò Ilij 409.

EXCVRSIO XXXIV.

Medorum & Macedonum Regna.

VICTO Sardanapalo, & incensa funditusque diruta Niniue, Arbaces Medorum inchoauit regnum anno M. 3178. centum annis antequam Agones Olympici pristino splendori redderentur. Desiit autem post annos 317. anno Mundi 3595. cùm Cyrus Astyagem auum vita spoliauit, & regno, anno primo exeunte Olympiadis 55. Scio Eusebium pauciores annos numerare, sed Ctesiæ, Diodoro Siculo, aliisque maior habenda est fides, vt benè demonstrat Petauius, quem pluribus ista tractantem consule.

Macedonum regno exordium dedit Caranus quidam ex posteris Herculis, Phidonis Argiui frater anno M. 3240. Eusebiano 1203. à quo ad Alexandri Magni obitum numerantur anni 490. ad Persei verò 39. & vltimi Regis funestissimam cladem anni 646.

EXCVRSIO XXXV.

De Olympiadibus.

NVTAT penè omnis veterum historia, nisi certissimo Græcarum Olympiadum veluti propugnaculo fulciatur; quare in earum rectè stabiliendo principio omnis mihi videtur temporum ratio confirmari.

Accidit ergo solemnis illa ludorum Quinquennalium instauratio ab Iphito Elidis Rege facta annis ante Christum seu Christianam communémque æram 776. post Troiam euersam solidis 408. ante Varroniana Romæ Palilia 22. Vide pluribus P. Petauium tum in Rationario, tum in libro Gallico quem inscripsit, *la Pierre de Touche*, sed præsertim maioris Operis libro 9.

In hoc tamen ab illo, aliisque plurimis discrepamus, quod ipse initia Olympiadum cum anno 34. Oziæ seu Azariæ Regis Iuda, Phelippæus verò, Tirinus, Bellarminus, Caluisius, aliique cum aliis eiusdem vel anteriorum Regum annis conferant: Nos verò Africanum, Eusebium, Hieronymum, Augustinum, Chronicon Alexandrinum, aliosque veterum secuti, cum primo Ioathami Oziæ filij anno componamus, proindéque cum Saliano ac Torniello in anno Mundi 3278. Templi 256. collocemus.

Duo hîc insuper obserua. Primum dissidium illud optimorum Chronologorum inter se, & cum Historia sacra, non aliunde oriri, quàm vel ex malè consti-

tuta Cyri Persarumque Monarchia, vel ex Desolationis septuagenariæ primordiis ab anno 13 Iosiæ, à prima aut secunda Iudæorum in Babyloniam transmigratione altius, quàm par sit, accersitis, vt infrà liquidò ostendemus.

Alterum est, Dionysium Halic. aliósque deinceps Chronologos vix à solstitio æstiuo Olympiadum annos ordiri, vt faciebant Græci, sed à Kalendis Ianuariis eos inchoare, paritérque finire, primum verbi gratia Olymp. septimæ annum numerare eum, in quo Olympias septima acta est, quamuis sex priores illius anni menses ante septimum ludicrum fluxerint, & verè ad præcedentis Olympiadis sextæ annum 4. pertineant. Omnis ergo Iphitæus annus, quod sedulò notent omnes, ad duos annos Iulianos pertinet ac dimidiata sui parte, quæ à Iulio mense inire solet, ad vnum annum Iulianum puta M. 3300. altera verò, quæ à Decembris fine vel initio Ianuarij incipit, ad consequentem annum v. c. 3301. reuocatur.

EXCVRSIO XXXVI.

De Archontibus Decennalibus & Annuis.

VT Archonton seu Prætorum Atheniensium structura rectè conueniat, quæ alioquin difficultatem non minimam recipit, si decennales, qui dicuntur omnes, decennium fuerint præfectura defuncti, dicimus Hippomeni, quem ex Suida nouimus ob crudele in filiam facinus excidisse magistratu duos annos esse omninò auferendos, vt Charops, qui primus inter Decennales fuit, incipiat anno M 3300. vt ex Dionysio Halicarnasseo constat. Eryxias verò qui Decennalium vltimus fuit, desinat an. M. 3367. nam sequenti, qui est Olymp. 23. annus tertius M 3368. asserimus primum annuorum Prætorum extitisse Creontem, secundum verò fuisse Tlesiam illum, quo Prætore, ait Pausanias, Messenios à Lacedæmoniis defecisse. Sicque omnia quæ apud Eusebium & recentiores perturbatissima fuerunt hactenus, facili negotio componuntur à nobis.

Cæterùm, Catalogum annuorum Athenis Prætorum, non ad Mundanos, sed ad Olympiadicos annos exigendum monemus, quòd annua illa Prætura duobus Iulianis annis respondeat, & Diodorus Siculus, qui omnes ferè subministrat, eam consuetudinem in sua Bibliotheca obseruet.

EXCVRSIO XXXVII.

De Romanæ vrbis conditu.

DE Palilibus vrbis duæ sunt nobiles hoc tempore sententiæ: Altera Verrij Flacci, quæ dici solet Capitolinorum Fastorum, & anno quarto exeunte Olympiadis sextæ Romæ primordia consignat.

Altera Varronis, quæ Onuphrij, Baronij, aliorumque iudicio celebrior est, plurésque hactenus nacta est fautores, asserit prima vrbis Romanæ Palilia incidere in annum Iphiti labentem 23. Olympiadis sextæ tertium exeuntem, Periodi Iulianæ 3961. ante Christi & Ecclesiæ æram 753. ab Ilij casu 431. Mundi verò ex nostris calculis 3301.

Hanc verò sententiam Imperatorio ludorum sæcularium decreto non semel firmatam, Ciceronis, Plinij, Quintiliani, Velleij, Taciti, Iosephi, Gellij, Censorini, Plutarchi, Zosimi, Eusebij, Augustini, aliorúmque veterum suffragio atque auctoritate munitam; & ab Onuphrio in Fastis, Petauio lib. 10. de Doctrina Temporum, & alibi, Tirino in Chronicis, pluribus comprobatam, nos quoque secuti sumus. *Vnde illud in Chronologiam nostram deriuatum est commodum, quod anni Romani cum Mundanis ita concurrant, vt alterutro cognito alterum nefas sit ignorari*: & sanè in re Romana homini Romano, eique, *quo*, vt ait Tullius, *nemo vnquam doctior extitit*, maiorem fidem habendam esse duximus, quàm Eratostheni, Halicarnasseo, Diodoro, aliísque Græcis.

Tertia quoque profertur sententia, quæ Iphitæo 25. anno scilicet primo exeunte Olympiadis septimæ iacta Romæ fundamenta contendit: Verùm hæc paucos habet suffragatores, nec omittenda Velleij verba. *Sextâ Olymp. post duos & 20. annos, quàm prima fuerat constituta, Romulus Martis filius vltus aui iniurias Romam Palilibus in Palatio condidit.*

Porrò in consignandis Romæ natalibus, & cum Historia sacrâ conferendis, quod palmare est Concordiæ nostræ ornamentum, consentientes habemus duos egregios Ecclesiæ Doctores, Augustinum atque Hieronymum: Ille enim sic ait libri 18. de Ciuitate Dei, cap. 22. *Tempore, quo Roma condita est, populus Israël habebat in terrâ Promissionis annos 718. ex quo autem ibi Reges esse cœperunt, anni erant 362. & Rex tunc erat in Iuda, cui nomen erat Achaz, in eâ verò parte, quæ appellabatur Israël, regnare cœperat Osee.* Nec est, quod Philippæus dicat ista crasso filo, neque alio quàm Historicorum summa fastigia carpentium ductu esse prolata. Illo enim velut oraculo non Delphico, sed propè Diuino, Chronologiam nostram egregiè confirmatam gratulamur, primò enim ab an. M. 2584. quo in Palæstinam Israëlitæ pedem Iosue duce intulerunt, ad annum vrbis conditæ, & Varroniana Palilia, interuallum reperitur à D. Augustino prolatum, annorum scilicet 718. deinde ab anno mundi 2940. siue ab anno primo Samuëlis, cuius anni à Scripturâ, Patribus, & Chronographis passim Saüli tribuuntur, fluxerunt anni 362. ab eodem S. Doctore designati: postremò Reges ipsi vtriusque regni nobis fauent. Accedit S. Hieronymus in caput tertium Osee, *vbi ex Eusebio refert anno primo Olympiadis primæ, & 20. Amulij Latinorum Regis, non Ieroboamum, aut Manahemum, sed Phacee filium Romeliæ Regem Israëlis fuisse*, quem Petauius iniisse putat anno 2. Olympiadis quintæ, alij verò etiam tardius.

Referendus ergo est ex mente SS. Patrum Romanæ vrbis conditus ad annum Achaz nonum & Osee sextum, non verò ad annum 5. Phacee, & 52. Oziæ, vt Phelippæus, neque ad annum Phacee 7. Ioathami 5. vt Petauius, neque ad annum Oziæ 28. à Ieroboami morte seu interregni Israëlitici primum, vt Tirinus.

EXCVRSIO XXXVIII.

De Babyloniorum Imperio atque Monarchiâ.

LICET regni eius obscura videantur primordia, certum tamen est, paulò pòst Arbacis mortem Phulem Assyrium à Medis defecisse, cui successores Scriptura attribuit Thegladphalazarum & Salmanasarum, quo regnante Babylonij priuatum sibi regnum statuerunt Nabonassaro Duce, anno M. 3306. Olymp. octauæ, an. 1. & V. C. 6. exeuntibus, eius enim Æra à 26. Februarij anni Per. Iulianæ 3967. procedit. Sed initio regnum illud tenue & Assyriis obnoxium fuit, donec Sennacheribo graui plaga percusso, sub Assaraddone filio eius ac successore, Merodak, quem Mardokempadum Ptolemæus appellat, Assyrios sibi subiecit anno M 3335. cùm priùs ad sollicitandum Ezechiam, licet alio prætextu, legatos amandasset.

Ille idem Merodach in libro Iudith Nabuchodonosor dictus Arphaxadum, siue Arbianem, vt Græci vocant, Medorum Regem ingenti prælio superauit anno regni sui 13. M 3345. imperauitque posteà annis 39. in vniuersum 52 siquidem annos regni 52. filioque eius, quem Scriptura Benmerodachum vocat, annos 32. Salianum, Torniellum, aliosque iis antiquiores secuti arrogare satiùs duximus, quàm cum Petauio & nonnullis paucis recentioribus ad ignotos Mathematici cuiusdam Canonis Reges confugere.

Post illos Babylone regnauit Nabuchodonosor senior, quem profani Nabopolassarum dicunt, annis viginti vno, vt ex Beroso apud Iosephum, & Canone certissimum est, hoc est ab anno M. 3407. Cui anno M. 3429. succedit filius Nabuchodonosor Iunior, seu Magnus, historiarum omnium monimentis celebratus, Ptolemæo Nabocolassarus dictus; regnauítque solus annis 43. vt ex Beroso apud Iosephum & Polyhistore apud Eusebium, aliisque eruditis Chronologis planè

constat. Sed de eius posteris apud Scripturæ sacræ interpretes & accuratos temporum Doctores, non leue hactenus extitit dissidium, quod tribus pronuntiatis sic breuiter solui posse existimamus.

Primum est, nullo modo decurtandum esse septuagenariæ Desolationis interuallum à Templi & vrbis euersione inchoatum, quod ex ipsâ Scripturâ infrà pluribus explicandum erit.

Secundum est, verissimum illud esse quod habetur, tum Ieremiæ cap. 27. *Et seruient ei*, id est Nabuchodonosori, *omnes gentes, & filio eius*, scilicet Euilmerodacho, *& filio filij eius*, siue Balthassari: tum etiam 2. Paralip. cap. vltimo, *Et seruierunt Regi*, haud dubiè Nabuchodonosori, qui vrbem euerterat, *& filiis eius*, id est filio, & nepoti Balthasari, qui scripturæ more *filius* dicitur, cap. 5. Danielis & Baruchi primo.

Tertium, cùm Balthasarem, tum Darium Medum pluribus annis Babylone regnasse, vt ex S. Scriptura constat. Quibus positis colligimus.

Primò, Nabuchodonosorum nondum mortuo parente regnum suscepisse, & Ioachimum deportasse anno M. 3428. mortuum verò anno M. 3471. regni 43.

Secundò, Euilmerodachum eius verè filium annos 23. impleuisse, vt affirmat Chronicon maius Hebræorum, & cum eo plurimi alij, inter quos Salianus, *&c.* quibus præiuisse videtur auctor libri 4. Regum cap. 25. nu. 30. Vnde suspicor, tum in Beroso, tum in Canone illo Mathematico, vt vocant, viginti annos perperam Euilmerodacho fuisse detractos, & nescio cui Saosduchæo concessos.

Tertiò, Balthasarem mortuo parente Euilmerodacho imperium suscepisse, siue is Nerigliſſarus, siue Laborosoarchodus appellandus sit, illúdque tenuisse annis 4. quidquid dicant Scaligeriani, qui Berosum secuti, nouem tantùm illi regni menses imputant, & tutorem nescio quem inserciunt, cùm tamen *Scriptura Balthasari tres minimum annos assignet*, & in Canone inter Iluarodamum & Nabonnidum solus Nerigliſſarus insertus dicatur quadriennio imperasse.

Quartò, Balthasarem regno ac vitâ priuatum fuisse à Dario Medo, vt enarrat Daniel cap. 5. quem profani Nabonnidum vel Nabonnidochum appellant, & annos 17. Babylone regnasse affirmant, Canon Mathematicus vt vocant, Berosus, Iosephus, Seuerus Sulpitius (qui quoad numerum Regum à Nabuchodonosore ad Cyrum, & Captiuitatis annos noster omninò est) Maximus monachus in computo, cum recentioribus Scaligero atque Petauio, qui nobis hac in parte suffragantur contra Salianum, aliosque veteres, qui Darium Medum fictitium quendam Cyaxarem, Astyagis filium, Cyri auunculum, & in expeditione Babylonicâ consortem esse voluerunt, cùm ne ipse fabulosus Xenophon Cyaxaris in ea Babylonis expugnatione meminerit, & Scriptura nulla facta Cyri mentione occiso Balthasare *Darium Medum annos 62. natum in regnum successisse* disertè asserat. Vnde ergo habent Balthasarem obsessum à Cyro fuisse, & eadem nocte, qua à coniuratis interfectus est, captam esse à Persis Babylonem? Deinde scriptura verum Babylonis Regem agnoscit Darium Medum, non precarium Prouinciæ Prætorem, nec scriptores profani vllius vspiam Regis meminerunt, qui post expugnationem Babylonis ibidem regnarit, præterquam Cyri. Rex tamen verè fuit qui à Daniele memoratur Darius Medus, vt patet ex capite sexto & nono, nec sesquianno dumtaxat regnauit, sed pluribus annis, & regnum eius à regno Cyri Persæ seiungitur, cap. 6. num. 28.

Atque hinc vides, lector studiose, quàm firma censeri debeat Chronologia nostra æterna sacrorum codicum veritati innixa, quamque ab omni diuinatione, quæ profanorum scriptis adhærescit, abstineat nostra hæc de Babyloniis Regibus sententia: vbi enim scriptura nuntium remiseris, in tenebris palpare necesse est, certè nec Beroso Megasthenes, nec Xenophonti Herodotus, aut Iustinus, nec Iosepho Eusebius consonat. Quem ergo in tanta caligine ducem sequare, si ab eâ lucernâ discedas, quæ lucet in caliginoso loco, donec oriatur lucifer in cordibus nostris. nec tamen auctores profanos negligimus, imò ex iis opiniones nostras communimus, sed eos, vbi à scripturarum veritate aberrant, Augustino auctore in viam reuocare conamur.

Obiicitur 1. nobis eclipsis illa Lunaris, quam Ptolemæus ait contigisse anno

Nabonassari 127. proindéque Per. Iul. 4093. & Mundi ex nostris calculis 3433. sed iamdudum monuimus legendum Nabocolassari, (non Nabopolassari) neque enim annus ille Nabon. 127. potuit esse Nabuchodonosoris senioris, sed eius dumtaxat filij quintus, vt ipse subodoratus est in Rationario Petauius.

Obiicitur 2. Auctoritas Berosi, quam tamen tam paruifecit ipse, qui profert Iosephus, vt eâ repudiatâ Xenophontem, aliosque sequi maluerit. Verùm ea quanta quanta sit propheticæ veritati cedere debet, *&c.* Nam hîc memores instituti intra breuitatis limites coarctamur, fortè aliàs nobis idem argumentum retractantibus paulò prolixioribus esse licebit.

Cæterùm, prima Monarchia, quæ Babyloniorum aut Assyriorum dici solet durauit, si à Belo repetas annis 1636. si à Nabonassaro 209. si à Merodacho 183 si à magni Nabuchodonosoris primordio 87. si à pacato imperio annis omninò 63. vsque ad expugnatam à Cyro Babylonem.

EXCVRSIO XXXIX.

De septuagenariâ Desolatione.

DVo in quæstionem veniunt, initium ac finis septuagenarij illius interualli, quod captiuitati Iudæorum Prophetæ præfixerunt: sed cùm de fine inter omnes penè constet, hoc saltem tempore, initium valdè controuersum est: totidem enim apud Chronologos numerantur initia, quot populi Iudaïci transmigrationes, imò etiam plura, vt ex Tirino & Phelippæo per otium disces.

Quidam enim septuagenariam captiuitatem à prima transmigratione, seu ab anno 4. Ioakim & Nabuchodonosoris primo ordiuntur, vt Petauius, Gordonus, alij, sed nunc illa à Ieremia vaticinante dumtaxat denuntiata videtur. Samerius, Tirinus & Phelippæus longiùs etiam recedunt, & annum Iosiæ 13. cùm sub optimo principe optato pacis munere læta floreret Iudæa 40. integris annis, quàm vrbs cum templo incensa corueret, initio illius vastitatis & desolationis assignant.

Alij sanè probabilius ab anno nono Nabuchodonosoris, seu à secunda deportatione illam inchoant, cùm Iechonias abductus est Babylonem, stante nihilominus vrbe ac templo, & in eius locum subrogato Sedeciâ: Ita Caietanus, Genebrardus, Scaliger, aliique, qui tamen omnes de fine inter se non consentiunt.

Nos verò cum communissima sententia statuimus 70. annos ab vltima Hierosolymorum clade & Templi deflagratione inchoandos esse, quod ex variis scripturæ locis haud obscurè eruimus.

Primus est Ieremiæ cap. 25. *Et erit vniuersa terra hec* (non pars tantum eius) *in solitudinem & in stuporem, & seruient Regi Babylonis* 70. *annis: cúmque impleti fuerint, visitabo super Regem Babylonis.*

Secundus est cap. 29. eiusdem: *Cùm cœperint impleri in Babylone* 70. *anni*, &c. non transmigrationis, sed solitudinis, stuporis & seruitutis integræ, de quibus egerat cap. 25.

Tertius est Danielis 9. *in anno primo Darij filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnum Chaldæorum, Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam Prophetam, vt complerentur desolationis Hierusalem* (vel templi, vt habet S. Hieronymus) 70. *anni.*

Quartus locus est 2. Paral. extremo capite, *Si quis euaserat gladium ductus in Babylonem, seruiuit Regi & filiis eius, donec imperaret Rex Persarum, & compleretur sermo Domini ex ore Ieremiæ, & celebraret* (Græca sonant, vt celebraret) *terra sabbata sua* (id est 10. annorum hebdomadas) *cunctis enim annis desolationis egit sabbatum, vsquedum complerentur* 70. *anni. Anno autem primo Regis Persarum ad explendum verbum Domini* (vel vt significantius leges in 70. Sixti postquam expletum est verbum Domini) *per os Ieremiæ excitauit Dominus spiritum Cyri Regis Persarum.*

Quintus est in epistola Ieremiæ, quæ legitur cap. 6. Baruch, & scripta est ipso vltimo Sedeciæ anno, *Ingressi Babylonem eritis ibi temporibus longis vsque ad ge-*

nerationes septem (id est ad 7. annorum decadas , *ὅτι τὴν γενεὰν [illegible] εἰς δέκα ἀριθμεῖ*, ait Olympiodorus:) *posthac reducam vos* , &c.

Ex quibus verbis desolationis septuagenariæ tum initium, tum etiam finem apertissimè colligimus. Finem quidem ex hisce verbis, *Donec imperaret Rex Persarum*, id est Cyrus, qui iam à 22. annis regnabat in Perside, superatis tandem Babyloniis, & occiso, vel in ordinem redacto Dario Medo seu Nabonnido, toti Asiæ solus imperaret: qui primus eius annus in Scriptura memoratur, non regni, vt falsò arbitrati sunt Eusebius atque Iosephus, sed imperij, quod nouem annorum spatio tenuisse dicitur. Finem quoque initio libri 1. Esdræ adeò clarè defixum habemus, vt mirum sit quosdam ex antiquis Patribus eam 70. annorum epocham ad secundum vsque Darij Hystaspidæ annum prorogasse.

Ex iisdem pariter verbis Ieremiæ 70. annos demonstramus ab vndecimo Sedeciæ & Nabuchodonosoris ineunte 19. quo vrbs cum templo concremata est, arcessendos esse, hoc argumento. Desolatio Ierusalem, & Sabbatismus Iudææ non cœpit ante vrbis & templi vastitatem, vt fatentur omnes, & Threni Ieremiæ apertè declarant. Atqui huic desolationi & sabbato terræ, non ipsi dumtaxat captiuitati aut imperfectæ populi transmigrationi à scriptura assignantur 70. anni, *vt ipsa verba, si attentè expendantur, satis ostendunt*: ergo 70. illi anni non sunt ante vrbis excidium numerandi. Certè Daniel ait *complendos 70. annos desolationis Ierusalem*; quomodo autem 70. fuerunt anni, si tantum ab excidio vrbis ad Cyri imperium fluxerint anni aut 59. aut 52. aut 30. Quove sensu dici potest *sola & desolata ciuitas*, quæ ab anno 13. Iosiæ, Ioakimi 4. Sedeciæ primo integra cum templo permansit annis aut 10. aut 18. aut 40. quove sensu *desolationis* tempus vocari potuit, cùm maior populi pars non solùm Iudæam incolebat, sed firmissimis mœnibus tuta, & Ægyptiorum auxiliaribus copiis confisa, aduersus Chaldæos rebellabat:

Respondent, 70. illos annos dici desolationis, quia intra illud spatium ea contigit: sed eam interpretationem, ne quid ampliùs dicam, violentam esse nemo non videt. Deinde fatentur ipsi anno 4. Ioakim, Ieremiam cum populo de contumaciâ in Deum grauiter expostulasse, atque in pœnam scelerum edixisse 70. annorum captiuitatem: Ergo ea nondum inchoata erat, nec eodem anno cœpit; alioquin non vsus fuisset his verbis, *Ecce ego mittam & assumam*, &c. sed ecce ego mitto, neque enim Deus simul comminatur & punit, pœnam proponit & infligit, sagittam aptat & mittit. Adde quod nunquam in scriptura vocentur 70. anni *seruitutis, aut captiuitatis*, sed tantum *desolationis*. Quare arbitror fore neminem, qui loca à nobis prolata sine fictione ac præiudicio legerit, qui nostras in partes non transeat.

Accedit denique præter cætera quæ congerere potuissem, mirus sacræ Historiæ cum profanâ consensus, admisso hoc 70. annorum interuallo, & egregia scripturæ cum gemino Cyri initio, Olympiadibus, Romanæ vrbis conditu, & posteriorum Ægypti, Tyti ac Babylonis Regum intricatissimis annis in Concordia nostra conspiratio.

EXCVRSIO XL.

Biturigum imperium.

ANNIS ante Christianam Æram præter propter sexcentis Galliam propemodum vniuersam regebant Bituriges, & Auaricum nobilissimi regni sedes erat, vt à Liuio Latinæ historiæ principe Decadis primæ libro quinto insigniret memoriæ mandatum est: ipsa auctoris verba repræsento. *De transitu Gallorum in Italiam hæc accepimus: Prisco Tarquinio Romæ regnante Celtarum, quæ pars Galliæ tertia est, penes Bituriges summa Imperij fuit. Hi Regem Celtico dabant; Ambigatus is fuit*, &c. Ac paulò post. *Tum Segoueso sortibus dati Hercynij saltus, Belloueso haud paulò lætiorem in Italiam viam Dij dabant. Is quod ex populis abundabat Bituriges, Aruernos, Senones, Heduos, Ambarros, Carnutes, Aulercos, exciuit, pro-*

fectúsque ingentibus equitum, &c. quæ per otium legere quilibet poterit. Ex quibus tria discimus.

Primum, Bituriges inter cæteros Galliæ populos principatum olim tenuisse, non eo solum tempore, quo regnabat Tarquinius Priscus, & straminea Roma cum vicinis Latij populis de modico decertabat imperio; quoque Medi, Lydi ac Babylonij Regum suorum ignauia aditum Persis ad Monarchiam præparabant; sed & multis ante & post sæculis: neque enim aut primus aut solus Biturigum Ambigatus sceptrum Galliarum tenuisse credendus est. *Ii Regem Celtico dabant.* Liuij sunt verba.

Secundum, Bituriges maximam Germaniæ partem, præcipuè quæ ad Oceanum vergit, victricibus armis domuisse; &, vt fert multorum huiusce temporis Scriptorum sententia, ex eorum prosapia oriundos fuisse Francos illos, qui Pharamundo duce ex Sicambria in pristinam maiorum suorum sedem an. post Christum natum circiter 420. & à prima Segouesi expeditione plusquam 1000. fœliciter remearunt, Galliásque hæreditario sibi iure debitas victoriarum suarum præmium esse voluerunt.

Tertium, Bellouesum item Bituricum Galliam, quæ postmodum Cisalpina à Romanis dicta est, quæque ab Alpibus ad Apenninum & Padum extenditur, vi & armis occupasse, Mediolanum in Insubribus condidisse, ac primos mortalium omnium Bituriges prærupta Alpium cacumina Gigantea penè audacia transcendisse, *&c.* quæ nobilis ille Historicus fusè prosequitur.

EXCVRSIO XLI.

Secunda Monarchia, seu Persarum.

MONET nos institutæ breuitatis ratio, vt, quæ deinceps afferentur, clarissima vtriusque historiæ interualla, celebrioréśque temporum Epochas paucis perstringamus; cùm præsertim apud eruditos nostri æui Chronologos vix quicquam dubitationis habeant, & à PP. Saliano atque Petauio validissimis omne genus argumentis munita sint ac firmata. Eos itaque consulat, qui his nostris miscellaneis, quæ in gratiam meorum Rhetorum aliàs raptim collegeram, haud contentus, sitim in ipsis explere fontibus voluerit.

Primò itaque constat Cyrum Medis in potestatem redactis inchoasse regnum Persarum anno primo Olympiadis 55 vt ex Diodoro, Thallo, Castore, Polybio, Phlegonte, Africano, aliísque probat Eusebius, non verò anno quarto eiusdem Olympiadis, vt Tirinus comminiscitur, aut longè tardiùs, vt Beroaldus, Haruillæus, nuperusque Ozolarum ex progenie Chronorrhaphus temerè sanè professi sunt. Adeóque primum Cyri & Persici regni annum esse Per. Iul. 4155. Nabon. 189. Mundi 3495. ab Assyriorum ac Beli primordiis 1617. Iphiti 217. V. C 195. ante Christum 559. vel 560. annum circiter Ser. Tullij 20.

Secundò, itidem exploratum est Cyrum in regno 29. annos explesse, & saltem trigesimum inchoasse, vt in speciem discrepantia Herodoti, aliorúmque concilientur testimonia.

Tertiò, ex eodem Herodoto, Ctesiâ, Beroso, aliísque non infimæ notæ scriptoribus Cyrum aliquot annis post extructum Medorum imperium & Persarum erectam potentiam, Babyloniam occupasse, nec vtriusque regni dominatum eodem tempore annòve contigisse, quòd à Iosepho perperam Eusebio persuasum multis etiam doctis temporum artificibus fraudi fuit: Sunt ergo duo Cyri initia, duæque Epochæ distinguendæ: altera Persici regni, altera Babylonici. ita censent Scaliger, Caluisius, Torniellus, Salianus, Petauius, Tirinus, aliíque, qui tamen de anno posterioris Epochæ inter se haud consentiunt.

Quartò, Cyrum inchoato Persici regni anno 22. Babyloniis imperare cœpisse anno Per. Iul. 4176. M. 3516. Nabon. 210. V. C. 216. Olymp. 60. an. 3. Iphiti 239. ante Christi æram 538. Canon quippe Mathematicus qui Ptolemæi dicitur, Cyro

post Nabonnidum seu Darium Medum annos imputat nouem. Videsis Petauium pluribus. Tirinus tres tantum attribuit, sed omnia permiscet.

Quintò, Cambysem Cyri filium ac successorem, qui ex Herodoti probabiliori sententia septem annis totidémque ferè mensibus regnauit, cœpisse anno Per. Iul. 2185. M. 3525. Nabon. 219. Iphiti 247. ante Christum 529. & Ægyptum quinto post anno Per Iul. 4189. occupasse.

Sextò, Darij Hystaspis filij, Epocham anno Per. Iul. 4193. M. 3553. Olymp. 64. an. 4. Nabon. 227. ante Chr. 521. addicendam esse. Quod ex duobus Lunæ deliquiis: altero ad annum 20. altero ad eiusdem an. 31. ab insigni Astrologo Ptolemæo relatis demonstratiuè adstruit Petauius, quem vide maximè in libello Gallico quem inscripsit, *la Pierre de Touche*, is enim ad captum tironum, quos hîc informamus, accommodatior est.

Septimò, Marathoniam pugnam incidere in annum V. C. 264. M. 3564. an. 3. Olymp. 72. Iphiti 287. ante Chr. 490.

Octauò, Transitum seu διάβασιν Xerxis conferendum esse in annum Per. Iul. 4234. V. C. 274. M. 3574. ante Christi æram 680 post cladem Marathoniam vertentem 10. à morte Darij & exordio Xerxis an. 6. post exactos Româ Reges 30. Ol. 75. 1. quo velificatus Athos, Thermopylæ acriter à Spartanis defensæ, Salaminia pugna, & Carthaginienses in Sicilia superati: cùm anno superiore expeditionem suscepisset Xerxes, copiásque ingentes per Asiam traduxisset. seq. verò prælia ad Platæas & Mycalen.

Nonò, Bellum Peloponnesiacum exarsisse ab ineunte vere ante Christum 431. Per. Iul. 4283. V. C. 323. mundi 3613. Nabon. 317. Olymp. 87. an. 2. Ænesia Ephoro, Pythodoro Athenis Archonte, sequente Euthydemo, anno Artaxerxis Longimani 34. sex mensibus post pugnam Potidæensem. Quod effatum ex pluribus eclipsibus ac Thucydidis aliorúmque scriptorum auctoritate eruditè confirmat Petauius. Vide quoque Salianum, aliosque.

Decimò, Darium Nothum post Longimani mortem iniisse, an. Per. Iul. 4290. M. 3630. eique successisse Artaxerxem Mnemonem, an. M. 3649. quo Dionysius Syracusis Tyrannidem occupauit, Athenienses à Lysandro ad Ægospotamon victi paulò ante expugnationem Athenarum, & finem Peloponnesiaci belli. Hîc fratrem Cyrum domuit an. Per. Iul. 4313. M. 3653. ante Chr. 401.

Vndecimò, Lacedæmonios Cleombroto duce ad Leuctra Bœotiæ ab Epaminonda ingenti clade affectos, an. Per. Iul. 4343. Olymp. 102. an. 2. ante Chr. 371.

Duodecimò, ad Chæroneam Bœotiæ profligatos fuisse Athenienses ac Thebanos, à Philippo an. 3. Olymp. 110. Per. Iul. 4376. M. 3716. ante Chr. 338.

Postremò, occiso Ægis à Pausania Philippo Alexandrum eius filium regnare cœpisse anno 1. Olymp. 111. Per. Iul. 4378. M. 3718. quo post Arsem Darius vltimus Persarum Monarcha prodiit, anno ante Christianam Æram 336.

EXCVRSIO XLII.

Romanæ res à Regifugio ad primum Bellum Punicum.

ONVPHRIVS sequutus Halicarnassensem ac Liuium annos 244. Regibus Romanis imputat, & anno 245. inchoato Consules cepisse contendit, cui suffragantur Petauius ac Salianus contra Sigonium, aliosque, qui anno V. C. 244. primos Consules Magistratum iniisse decernunt. Regnatum itaque Romæ fuit annis solidis 244. & Regifugium contigit ex ante diem sextum Kal. Martij, vti in veteri Romano Kalendario legitur an. Per. Iul. 4205. Nabon. 239. Iphiti 267. ante Christum 509. Olymp. 67. anno exeunte 4.

Alliensis verò clades, Gallorúmque de Romanis victoria conferenda est in A. D. 15. Kal. Sextiles anni ab vrbe condita ex Varrone & Plinio 364. Per. Iul. 4324. ante Christum 390. ab vltimo Tarquinij & Regum anno 120. Olymp. 97. anno 3. quo Tribuni Militum fuêre cum aliis totidem Fabij tres fratres, qui ad Gallos Clusium obsidentes Legati missi in acie contra ius gentium decertarant.

Fateor

Fateor Plutarchum negare certum captæ vrbis annum posse proferri, sed quæ diximus certiora sunt, quàm vt in dubium reuocari possint.

Denique, Bellum contra Pyrrhum Epirotarum Regem inchoatum est anno M. 3774. Per. Iul. 4434. V. C. 474. ante Christum 280. quo Ptolemæus Ceraunus à Belgio Gallorum duce interfectus est.

EXCVRSIO XLIII.

Septuaginta Danielis hebdomades.

MVLTA & erudita de hoc argumento habes apud Patres Petauium libro 11. de Doctrina Temporum, capp. 31. 32. 33. 34. & 35. & Tirinum cap. 38. Chronici sacri, qui post Mercatorem duo Artaxerxis initia rectè distinguunt, & totam hanc rem summatim sic explicari posse contendunt.

1. Initium istarum hebdomadum 70. quæ solares annos colligunt 490. non posse desumi à tempore, quo vel de Ierosolyma restauranda diuinitus facta promissio est, vel de eiusdem instauratione Regium aliquot edictum emanauit, cùm vtrumque variis vicibus temporibúsque valdè distantibus acciderit, sed ab vrbe plenè & perfectè ædificata sub Nehemia, qui decoratum cœlesti igne sacrificium dedicationis & consummationis tum templi tum vrbis cum populo obtulit, vt habetur 2. Esdræ c. 12. & l. 2. Machab. cap. 1. & 2. hoc enim significant verba Danielis, ***Ab exitu sermonis, vt iterum***, &c. de cuius Prophetiæ explanatione V. Petauium.

2. Frustrà Peretium, Torniellum, Gordonum, atque Salianum sententiam Africani sequutos confugere ad annos lunares simplices & Arabicos, qui detractis Embolimis mensibus solares ac communes 475. dumtaxat repræsentant: Angelum enim propriè locutum de annis vsitatis ac popularibus res ipsa loquitur. Deinde esto initium earum cadat in annum 3. Olymp. 83. M. 3608. Artaxerxis solitariè regnantis 20. finis tamen desinit in annum 1. Olymp. 202. Æræ Christianæ 30. Cùm tamen Angelus non prædixerit ***post hebdomadas*** 7. *&* 63. id est, absolutis 70. ***Christum occisum iri:*** quod vtique dicendum erat si ad Christi necem 70. hebdomades completæ numerarentur, verum post 7. & 62. quæ sunt 69. nempè in 70. Christum prædicit occidendum. Eò enim pertinent ista, ***Et in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium,*** seu in parte eius dimidia, & sanè ante prædicationem Christi 69. euolutæ sunt, ipsa verò prædicatio tres annos cum semisse ferè, id est, dimidium hebdomadis 70. absumpsit: finiendi sunt ergo anni illi 490. in anno V. C. 789. Christi 37. inchoandi verò ab anno V. C. 300. M. 3600. Artaxerxis Longimani à primo initio 20. à morte Xerxis 12.

3. Duplex esse statuendum Artaxerxis Longimani initium: Alterum & abstrusius viuente adhuc patre: Alterum commune ac vulgatum post obitum parentis, vt ex fuga Themistoclis & Timagoræ, Cicerone, Plutarcho, Athenæo, *&c.* prolixius probant Mercator, Petauius, Tirinus, quos vide: nos enim institutæ breuitatis memores, in densissimos hos saltus dumtaxat excurrimus. Tirones veluti manu ducendo docemus quantum ipsis viæ supersit, quàm aculeati vepres calcandi, quanto sudore penetrandum in recondita illa Chronicæ disciplinæ adyta.

EXCVRSIO XLIV.

Tertia Monarchia, seu Græcorum.

CERTVM est 1. Persici regni finem, & Alexandri Magni Græcorumque Monarchiam incidere in annum ante Christi æram 331. Per. Iul. 4384. V.C. 424. M. 3724 Olymp. 112. an. 3. Calippicæ Periodi primæ, ***quæ annos colligit 76 ab æstiuo solstitio inchoata***, Primum, Nabonassari 418. cum superiore anno Alexandria condita, & pugnatum ad Arbela fuisset vndecim diebus post Lunæ deliquium, quod ex Petauij calculis contigit Septembris 20. feria secunda sequente tertia, hora noctis secunda. V. caput 36. lib. 10. de Doctrina Temporum.

Certum 2. Alexandrum tantum imperasse 7. annis, regnasse verò à morte patris Philippi ferè 13. quidquid dicat ex olenti Centaurorum sanie recens exortus Ozola Chronologus. Vide eundem auctorem in Libello Gallico.

Certum 3. Eundem Monarcham obiisse anno ante Christum 324 Olymp. 114. anno primo Per Iul. 4390. M. 3730. quo etiam anno cœperunt anni Alexandrei seu Philippi ab Arridæo Alex. fratre sic dicti; & Ptolemæus Lagida Ægyptum obtinuit ad annos 40.

Certum est 4. Æram Seleucidarum seu Contractuum Terich Dhilkarnain seu Epocham Bicornis annosque Græcorum quibus in libris Machabæorum scriptura vtitur primordium cepisse ab anno post Alexandri mortem 12. ante Christi æram 312 M. 3742. Per. Iul. 4402. Olympiadis 117. primo, post Troïca 872 quo Seleucus Babyloniam, vnde Antigonum veritus profugerat, exigua manu recuperauit, & Nicanore Antigoni duce superato Mediam, Susianam, aliasque prouincias in ditionem suam recepit: ab hoc enim tempore ab Eusebio, aliisque propagata sunt deinceps Seleucidarum tempora. Vnde patet prochronismo 12. annorum errare, qui annos Græcorum ab Alexandri M. obitu numerandos existimant, vel cum annis Philippi confundunt.

Sciendum hîc quoque æram illam in libris Machabæorum diuersa sortiri initia. Nam in libro primo incipit à Nisan; in secundo autem à Tisri, & epocha libri primi semestri spatio alteram libri posterioris anteuertit, licet ad eundem annum M. 3742. vtriusque primordia pertineant.

Certum 5. Ptolemæum Philadelphum iniisse anno ante Christum 285 M. 3769. Per. Iul. 4429. quo Dionysius Mathematicus annum suum cœlestem exorsus est, & Historia 70. Scripturæ Interpretum contigisse creditur. Philometorem verò regnum Ægypti adiisse anno ante Christum 181. M. 387. Græcorum 132. Periodi Iul. 4533.

Certum 6. Finem Macedonici regni cum postremi Regis Persei clade coniunctum & profanationem Templi Hierosolymitani ab Antiocho Epiphane post secundam in Ægyptum expeditionem anno regni 9. factam, eidem anno conuenire ante Christum 168. M. 3886. Per. Iul. 4646. V. C. 586. Græcorum 145. Olymp. 153. an. 1. Nabon. 581.

Certum est 7. Oniam illum ad quem scripsit Arius Lacedæm. Rex non esse secundum nec tertium, sed eius nominis primum, qui temporibus Ptolemæi Lagidæ floruit. Arius enim iniit anno 4. Olymp. 117. M. 3745. & mortuus est anno M. 3789. illo ipso anno, qui primum Punicum bellum antecessit.

Certum est 8. Philetræum spadonem Lysimachi ærario præfectum Pergamum ad Caycum Phrygiæ maioris vrbem occupasse, ibique regnum instituisse an. V. C. 470. M 3770. ante Christum 284. quod post annos 152. desiit, cùm moriens Attalus Eumenis secundi filius an. V. C. 721. M. 3921. populum Romanum hæredem reliquit.

EXCVRSIO XLV.

Res Romanæ à primo Punico Bello ad Actiacam victoriam.

EXPLORATVM est 1. Bellum Punicum primum, quod annos 24 tenuit, cœptum esse anno V. C. 490. M. 3790. finitúmque anno V. C. 513. M. 3813. Secundum annorum 18. ab anno V. C. 536. M. 3836. ad annum V. C. 553. M. 3853. A. Chr. 201 durasse. Tertium denique inchoatum an. V. C. 605. M. 3905. intra quadriennium confectum esse, euersa funditus à Scipione Carthagine eodem ipso anno M. 3908. quo Mummius Consul Corinthum incendit, & Syriæ atque Ægypti Reges Demetrius Nicator, & Ptolemæus Euergetes Physcon regna inierunt.

Exploratum 2. Bellum contra Iugurtham decretum, anno 643. M. 3943. A Cimbris autem illatum post biennium, quod confectum est anno V. C. 653. M. 3953. ante Christum 101.

Exploratum 3. Initium Belli Mithridatici, quod annis 31. Romanos exercuit, conferendum eſſe in annum V. C. 660. M. 3960. finem verò in an. mundi 3991. quo Cicerone Conſule Auguſtus in lucem prodiit.

Exploratum 4. Syllæ Dictaturam incidere in annum V. C. 672. M. 3972. mortem verò in an. 3976.

Exploratum 5. Ciuile bellum primámque C. Iulij Cæſaris dictaturam contigiſſe, an. V. C. 705. M. 4005. Claudio Marcello & Cornelio Lentulo Coſſ. Nabon. 700. quo Ariſtobulus cum Alexandro F. necatus eſt.

Exploratum 6. Primum annorum Iulianorum, qui in tota Chriſti Cæſarúmque hiſtoriâ maximi prorſus cenſentur eſſe momenti, 45. annis vulgarem & veram Chriſtianæ Eccleſiæ Epocham præcedere, & eſſe ab ortu rerum 4009. V. C. 709. Nabon. 703. Per. Iulianæ 4669. Cyclo Solis 21. Lunæ 14. littera Dom. C B, Iphitæum 721. an 3. Olymp. 183. ante ſex menſes inchoatum, quo Iulius Cæſar quartum Dictator, quartum quoque Conſulatum adiit. Annus verò confuſionis, qui præiuit & dies 445. numerauit, cœpiſſe debuit præter propter à Kal. Octobribus anni Per. Iul. 4667. quo Cæſar longè periculoſiſſimum Alexandriæ bellum geſſit, & Pharnacem vicit.

Exploratum 7. Tria quatuórve diſtingui poſſe Auguſti initia. Primum à Iuliano ſecundo, V. C. 710. quo Idibus Martiis in Senatu Cæſar occiſus.

Secundum ab anno ſequenti Hirtio & Panſâ Coſſ. quo poſt eorum cædem 10. Kal. Octob. Conſulatum iniit cum Q. Pedio, & 5 Kal. Decembres Triumuiratum cum Antonio & Lepido ſuſcepit.

Tertium à Septembris die 2. anni ab V. C. 723. Iulian. 15. Periodi Iul. 4683. Nabon. 718. ante Chriſtum 31. quo Nauali ad Actium victoria potitus eſt Octauius, & Herodes anno regni, vt rectè ſenſit Ioſephus, ſeptimo cum Arabibus, vario tamen exitu, dimicauit.

Quartum ab Antonij & Cleopatræ nece, ſeu ab eo die anni Iuliani 16. Periodi Iul. 4684. V. C. 724. Nabon. 719. ante Chriſtum 30. quo *portus Alexandrea ſupplex, & vacuam patefecit aulam*. Creditur autem is dies fuiſſe 19. Auguſti, à quo anni Auguſtei imperij, ſeu, vt ſæpius vocantur, anni Ægyptiorum Actiaci conſurgunt.

Exploratum 8. Herodis duo diſtingui initia: Primum ab anno Iuliano 6. Caluino & Aſinio Coſſ. V. C. 714. Alterum ab anno Iuliano nono, V. C. 717. Ab hoc **autem poſtremo, non à primo, numerandos eſſe annos illos 37. quibus cum regnaſſe teſtes ſunt Ioſephus, Euſebius, alij, conſtans Eccleſiæ traditio docet, & ipſe, qui aduerſari videtur, non raro fauet Ioſephus, vt pluribus aliàs demonſtrandum erit.**

EXCVRSIO XLVI.

Æra triplex.

Antiochena, Hiſpanica, Martyrum.

ANTIOCHENORVM Æra, quam *χρηματισμὸν τῆς Ἀντιοχίας* vocare ſolet, qui eam ſæpè adhibet, Euagrius, conſurgit ab anno 1. Olymp. 183. Nabon. 700. Per. Iul. 4665. Ciuilis belli & Dictaturæ Cæſaris 1. ante Chriſtum 49. V. C. 705. & more Orientalium Prouinciarum à menſe circ. Octobri incipiebat, non à Maio aut Iulio, vt benè probat Petauius, quem conſule.

Hiſpanica Æra octo & triginta annis Chriſtianam anteceſſit, cœpitque ab anno mundi 4016. V. C. 716. Iuliano 8. vt Conciliorum Hiſpanienſium veterúmque Hiſtoricorum monumenta perſuadent. *Vide Baronium in Martyrologium ad 22. Octob. Petauium, Caluiſium, Scaligerum, Beroaldum, Reſendium, alios, qui de eius nomine, origine & causâ varia ac inter ſe diſcrepantia in medium proferunt.* Errat porrò Baronius aliique plurimi dum ad annum Iulianum 6. à Triumuiratu 4. Æram reuocant.

Diocletiani seu Martyrum æra, quâ multis annis in Paschalibus Cyclis vsa est Ecclesia Catholica, quámque etiam hoc tempore vsurpant Alexandrini, primordium sortitur ab ipso Diocletiani Imperatoris initio, scilicet à Neomeniâ Thoth fixâ, seu à 29. Augusti anni à Christo nato 284. Per. Iul. 4997. Nabon. 1032. Caij Pontificis 2. Iuliani 329. Diocletianus autem Imperator renuntiatus est 15. Kal. Octobres, & anno seq. Christi 285. quo Maximianum in consortium Imperij asciuit, secundum cum Aristobulo Consulatum gessit. *Vide Petauium, qui primus omnium ex insigni loco Chronici Alexandrini totam hanc historiam satis intricatam egregiè explicuit, suóque nitori restituit.*

EXCVRSIO XLVII.

Quarta Monarchia, siue Ethnicum Romæ Imperium.

VT Imperatoris Augusti, sic etiam Romanæ Monarchiæ varia recensentur initia. Eos tamen rectiùs sentire arbitror, qui eam non solùm à deuictis ad Actium Antiochi & Cleopatræ naualibus copiis, sed à capta Alexandria, iisdémque mortuis, ab extincta penitus Macedonum, siue Græcorum in Ægypto progenie auspicantur, ab anno scilicet Iuliano 16. M. 4024. ante Chr. 30. vnde ipsi Ægyptij Actiacos seu Augusteos annos numerare consueuerant, vt suprà quoque dictum est. Initium enim, siue ὑποκατάστασις anni fixi Ægyptiaci, qui deinceps constanter à 29. Augusti primordium duxit, eidem anno Iuliano 16. V. C. 724. competere creditur. Romani verò annos Augustorum, vt appellat Censorinus, putare solebant à Iulij 19. anni ab V. C. 727. quo Augusti inclytum nomen Senatus decreto fuit Octauiano adiunctum.

Certum est deinde, & apud peritos Chronologicæ scientiæ Doctores indubitatum hoc tempore, primum æræ Christianæ, seu primum à vero vulgaríque natali Dominico annum esse Iulianum 46. Per. Iulianæ 4714. Cyclo Solis 10. Lunæ 2. Indictione 4. litterâ Dominicali B. Iphitæum 776. à sex mensibus inchoatum, seu Olympiadis 194. annum quartum exeuntem, Nabon. 748. Coss. C. Iulio Cæsare & L. Æmilio Paulo: adeóque V. C. secundùm Varronis ratiocinia 754. ab vndecimo Kalendas Maias, seu à 21. Aprilis inchoandum. *Consule, si vacat, Scaligerum, Caluisium, Salianum, Petauium, aliósque recentiores, qui Baronium, Onuphrium, Torniellum, Gordonum, vno vel duobus annis Dionysianam communémque Christi annorum circumscriptionem anteuertentes, acutè & eruditè confutant.*

Tertiò, constat Augustum Imperatorem obiisse, Tiberiúmque ad solium euectum anno V. C. 767. Iulianæ editionis 59. æræ Christianæ 14. (non 15. aut 16. vt plerique hactenus haud rectè illigarunt.) Per. Iulianæ 4727. Duobus Sextis Coss. Pompeio & Apuleio. Certissimis enim characteribus insignita est ea Augusti mors ac successoris exordium, vt docet fusè Petauius, *tum ex defectione Lunari, quam paulò pòst eius mortem accidisse testantur Tacitus ac Dio: tum ex duorum Sextorum Consulatu qui post C. Iulij Cæsaris & M. Antonij Consulatum est 58. siue annus editionis Iulianæ 59. tum denique ex sequentium Imperatorum temporibus, quæ & cœlestibus obseruationibus munita sunt, & cum Augusti Tiberíique exitu omninò conserta.*

Quartò, Caligulæ cædes, initiúmque Claudij planè congruit anno Christi & æræ communis 41. V. C. 794. Olymp. 204. an. 1. Nabonassari 789. Eius enim quintus annus, quo ipsis Kalendis Sextilibus, hoc est natali die Claudij, Sol defecit, necessariò est Christi 45. Per. Iulianæ 4759. Deinde nonus Claudij annus est ex Solino Iphitæus 825. siue Olymp. 207. primus. Postremò idem suadet vetus Chronologus apud Clementem, ætas Claudij, defectio Solis quæ an V. C. 812. Iul. 104. Christi 59. Neronis 5. Coss. Vipsanio & Fonteio accidit. Agon Neroneus, Galbæ Imperium, &c. *Vnde meritò arguuntur Baroniani Annales, Chronologia Gordoni*, &c. *quod initium Claudij conferant in annum Christi* 43.

Quintò, Hierosolymorum & Templi posterioris excidium Baronius reuocat

ad annum à Christo nato 72. sed manifesto errore: vt multi ante hunc diem Chronologi monuerunt. Capta sunt enim Hierosolyma anno Vespasiani secundo, feria septima, Gorpiæi mensis 8. Periodi Iulianæ 4783. v. c. 825. Iuliano 115. adeóque anno Christianæ æræ 70. qui fuit 42 ab anno v. c. 782. seu à 15. anno Tiberij, vt rectè in Chronico definiuit Eusebius, à Passione verò 38. non 40 vt idem sui immemor Eusebius historiæ libro tertio affirmat; multò minùs 42. quod mirum est Clementi libro 1. Stromatum, & Hieronymo ep. 150. ad Hedeciam q. 8. aliisque deinceps placuisse. Nisi ille ex præiudicata de morte Christi cum 15. vel 16. Tiberij anno alligatione, ad quam non satis attenderunt posteriorum temporum scriptores. Hic verò ex alienâ potiùs mente quàm suâ loquutus sit: Sanè in commentariis ad caput 9. Danielis, vbi calculos subducit accuratiùs dum Hippolyti de 70. hebdomadibus sententiam refellit, hæc habet veritati maximè consentanea. *Regni Persarum 230. supputantur anni, & Macedonum 300. & post illos vsque ad Natiuitatem Domini anni 30. Hoc est ab initio Cyri Persarum vsque ad aduentum Saluatoris; anni 560.* Ac paulò pòst: *Iuxta diligentissimam supputationem à primo anno Cyri vsque ad euersionem Templi supputantur anni 630.* Ergo inferre licet ex vera ac propria S. Doctoris opinione, Excidium contigisse anno Christi 70 à Passione & eclipsi Phlegontis 38. à baptismo Christi seu potius à Ioannis prædicatione, & 15. Tiberij anno 42. *Sicque; quod Concordiâ nostra gloriosum sensemus, quòd ad Persarum, Macedonum, Romanorúmque interualla, Natalem Christi Domini & Hierosolymitanam cladem spectat; noster est omninò S. Hieronymus multis annis Dionysio Abbate Exiguo antiquior.*

Sextò, Agon Capitolinus primus, seu quingennale certamen, vt vocat Suetonius, conuenit anno Christi 86. Iul. 131. v. c. 839. quo quintus Domitiani, qui eius institutor fuit, labebatur annus, & Consulatus duodecimus.

Septimò, Hadriani Imperatoris initium accersendum videtur à 10. Augusti, anni æræ Christianæ 117. quo obiit Selinunte Traianus, Iul. 162. v. c. 870. eiusque obitus collocandus in anno Christi 138. Iuliano 183. cùm annis 20 & mensibus vndecim imperasset.

Octauò, Consulatus Imper. Antonini 2. & Brutij Præsentis, à quo Censorinus docet ad Vlpij & Pontiani Consulatum annos intercessisse centum, incidit in annum Christi 139. Varronianum 891. Iul. 184.

Nonò, post cædem Heliogabali Alexander Seuerus adiit Imperium, an. Christi 222. quo ex Canone Paschali Hippolyti Portuensis decimamquartam Paschalem contigisse ferunt Idibus Aprilis, feriâ 7. Gordianus verò Imperator fuisse videtur ab an. Christi 237. aut seq. vt ex insigni Solis deliquio, cuius meminit Capitolinus, argumentantur Petauius, quem videsis cap. 24. libri vndecimi, & alij plures.

Decimò, Vlpij & Pontiani Consulatus, quem tam multis adeóque insignibus characterismis illustrem reddidit Censorinus in aureolo *de die Natali* commentatio, cadit in annum à Christo nato ex Ecclesiæ definitione 238. vt docent Scaliger, Caluisius, Petauius, alij. *Locum exscripsimus in Concordiâ, cuius explicationem à Petauio repete lib. 9. cap. 42. aliisque eruditissimi illius operis capitibus.*

Vndecimò, De annis Probi Imperatoris, præter ea quæ diximus in Concordiâ, vt etiam de solenni Baronij, Onufrij, aliorumque, qui iis adhæserunt, hallucinatione, nihil est quod hîc addam: *Caluisius enim atque Petauius, ad quos lectorem tricas istas studiosius appetentem ablegauimus, omne hoc argumentum abundè tractarunt, vt necesse non sit operàm nostram in iis consumere.* Certum enim est annum Diocletiani primum, seu Christi 284. & Valentiniani itidem primum, qui bissextilis fuit & ætæ Christianæ 364. Iulianus 409. duos esse Christianæ Chronologiæ cardines, in quibus discrepantes inuicem Annales & Fastos in gratiam concordiámque reuocari, additis vel detractis aliquot Consulatibus, necesse sit. Baronius ab anno Tiberij primo paria Consulum nonnisi 268. Onufrius 269. dumtaxat numerat, cùm ad annum Christi 284 Carino 11. & Numeriano 11. Coss. paria intercesserint 270. hic ergo Consulatum vnum; ille verò duos ex albo expunxit.

Duodecimò, Persecutio in Christianos excitata est à mense Martio anni Dio-

cletiani exeuntis 18. Christi Domini 302. vt contra Scaligerum eiusque gregales, Onuphrius, Baronius, Petauius rectè demonstrant.

Decimotertiò, Constantio mortuo Constantinum magnum eius & Helenæ filium Imperatorem fuisse acclamatum anno Christianæ æræ 306. communis fert opinio, quam vno anno præuertendam haud improbabiliter docuit P. Petauius, quem vide.

EXCVRSIO XLVIII.

Christianum vtriusque Romæ imperium.

DEVICTO non sine ope diuinâ impio Maxentio anno Christi 312. vt post Baronium & Petauium diximus, Christianum exurgere visum est Imperium, siue Constantinus Augustus à S. Syluestro Romæ anno sequenti baptizatus sit, quod ex Ecclesiasticâ traditione multisque aliis argumentis Annales, Fasti, ac Chronologiæ vulgares euincere conantur, seu, quod nonnullis historicis in mentem venit, eius baptismus in vitæ atque imperij finem differendus sit. Exploratum equidem est indictiones à Septembri cœpisse anni Christi 312. Constantino II. & Licinio II. Coss. vt luculenta Chronici Alexandrini auctoritate, aliisque rationibus egregiè comprobauit, persuasitque plurimis Onuphrius, quem vide singulari libello ista pluribus persequentem. *Quod verò ad nomen causámque Indictionis spectat, nihil hactenus prolatum est à doctissimis viris, qui in eius inuestigationem sedulò incubuerunt, quod omni ex parte Petauio, mihique faciat satis.*

Nicænus Patrum 318. consessus celebratus est, vt vulgò apud eruditos obtinuit, anno Christi 325. Paulino & Iuliano Coss. anno Græcorum seu Seleucidarum 636. Per. Iulianæ 5038 quo, cùm vigesimus annus Imperij Constantini commodùm in idem tempus incidisset, vicennalia post terminatum Synodum data sunt, vt Eusebius & Sozomenus referunt.

Eusebius, qui cum Nicenâ Synodo Chronicon suum absoluit, ab Abraamo annos numerat 2342. quibus si addas annos 52. Hieronymiani supplementi postremus annus Eusebiani Chronici erit Abraami 2394. Christi ex nostra ac vulgari Ecclesiæ sententia 378. cui Eusebius annum vnum admensus est: Christum enim natum affirmat anno 3. Olymp. 194. Annus ergo 14. & vltimus Valentis ad quem vsque Hieronymus peruenit, est Christi ex Eusebij sententia 379. ab anno Tiberij 15. 351. vt ipsemet in præfatione testatur Hieronymus.

Encœnia seu dedicatio Constantinopoleos, quæ biennio ante cœpta fuerat instaurari Ianuario & Iusto Coss. perfecta sunt Gallicano & Symmacho Coss. die 5. Eidus Maias, seu 11. Maij. V. C. 1083. feria 2. indictione 3. anno 2. Olymp. 277. Christi 330. Æræ Hispanicæ, vt Idatius habet 358. Periodi Iul. 5043. post assumptum in cœlum Dominum 301. vt habet Chronicon Alexandrinum, sed mendosè, nam ab anno 4. Olymp. 202. cui ipsemet & Phlegontis eclipsim & Dominicam Passionem attribuit ad præsentem hunc annum 298. dumtaxat anni interlapsi sunt. Idem quoque annum hunc putat ab V. C. 1080. Palilia enim primúmque regnantis Romuli annum tardiùs, quàm par est, desigit in anno Olymp. 7. secundo.

Feliciano ac Tatiano Coss. sanctissimè obiisse Constantinum Maij 22. ipso die Pentecostes testantur veteres anno imperij 32. Christi 337. biennio postquam, vt refert Idatius, Tricennalia obiisset.

Valentiniani senioris epocha insigni charactere diei bissextilis insignita designat apud omnes annum Christi 364. æræ 402. vnde meritò redarguas Carrionem & Genebrardum, qui ad annum Christi 378. detrahunt. Iunior autem Valentinianus obiisse perhibetur an. Christi 392. vt à sancto Epiphanio libro de Mensuris ac Ponderibus memoriæ proditum est: notæ enim temporis omnes quas congerit congruunt prædicto Christi anno.

Romam ab Alarico captam Varane solo Consule anno Christi 410. conspirans

eſt omnium ferè hoc tempore opinio, de qua vide pluribus Petauium, & quæ ſupra monuimus.

EXCVRSIO XLIX.

Res Francicæ.

DECENNIO poſt expugnatam à Gothis vrbem, vt Proſper in Chronico refert, anno Honorij circiter 26. Chriſti 420. Pharamundus regnare cœpit in Franciâ: ſeptem poſt annis Clogio, ſeu Clodius, tum Meroueus, quem excepit Chilpericus Magni Clodouei parens.

Clodouei primordia conſignanda eſſe anno Chriſti 481. mortem verò reuocandam ad annum Chriſti 511. à tranſitu ſancti Martini 112. docent PP. Bucherius, Sirmondus atque Petauius, qui de intricatiſſimis primorum Franciæ Regum temporibus optimè meriti, maximum operæ ſuæ pretium retulerunt.

Eiuſdem optimi Principis ad Tolbiacum de Alemannis victoria, & ſequutus Rhemis operante ſacris S. Remigio baptiſmus incidit in eundem Chriſti annum 496. Vnde maxima Francorum exurgit gloria, qui per annos hactenus 1181. per 12. ſæcula & Reges 60. continua ſerie fidem Chriſtianam atque Catholicam ad huncce præſentem annum propagarunt, eiuſdémque numinis opitulante gratia non deponent, *donec vltimus mundo illuceſcat dies.*

Prima Dynaſtia à Pharamundo inchoata ad Childericum III. annos tenuit 335. Secunda verò quæ Pipinum Caroli Martelli filium Principem agnoſcit, cœpitque anno Chriſti 752. annos omnino colligit 235. vſque ad Ludouicum V. qui anno 987. moriens, locum dedit tertiæ Dynaſtiæ, quæ ducto ab Hugone Capeto primordio ad hunc Ludouici XIV. glorioſiſſimi Principis 15. annum numerat 670. annos.

Carolus Magnus alterum Galliæ decus ac columen ſingulare, Regnum adiit anno Chriſti 768. Imperium verò exeunte anno 800. ſuſcepit. Mortuus porrò eſt anno 814. cui ſucceſſit Ludouicus Pietatis nomine poſteris celebratus.

In Oriente imperarunt Franci ab anno Chriſti 1204. ad annum 1261. per annos 56. Regnarunt verò iidem Franci Hieroſolymis ab anno 1099. ad 1187. cùm iam ab aliquot annis Guillelmus Normanniæ Dux, anno ſcilicet 1066. Angliæ regnum occupaſſet, & Henricus Alfonſi primi Luſitaniæ Regis pater, Comes dumtaxat dictus, circa eadem fermè tempora ereptam è Saracenorum poteſtate illam Prouinciam obtinuiſſet. *Plura notare ſuperſedeo, cùm manibus omnium penè noſtratium terantur hiſtoriæ vernaculæ, & nos ſingulis annis in Chronico cuncta expoſuerimus.*

QVINQVAGESIMA AC POSTREMA Excurſio.

De annis Hegiræ.

CVM impius Arabum Princeps Mahometus ob adulterata Religionis auitæ dogmata in diſcrimen vocatus aufugiſſet, ab ea fuga, velut ab inſigni temporum notâ, annos ſuos Lunares, ſeu Hegiræ ac perſecutionis æram, deinceps auſpicati ſunt Arabes, Saraceni, Turcæ, Mahometani denique omnes

Porrò fuga hæc contigit feria ſexta 16. Iulij, anni à veri Prophetæ natalitiis 622. Heraclij Imperatoris 11. vnde ingens feriæ ſextæ apud huius ſectæ homines inueterauit religio, & numerandorum annorum non interrupta conſuetudo, quam hoc etiam tempore ſeruant.

Mortuus eſt Pſeudopropheta perditiſſimus anno Chriſti 631. Heraclij 21. nono anno, quàm imperare cœperat. Ab anno ſequenti primordium ducit noua Epocha apud Aſtrologos præſertim Arabas celeberrima, quæ Iezdegirdis Perſæ


æra nuncupari solet, quod eius mortem proximè consecuta sit. *De vtraque vide Scaligerum, Petauium, Caluisium, aliósque recentiores: Nam Genebrardus, aliíque superioris sæculi Chronologi in iis consignandis fœdè hallucinati sunt.*

Anno Christi circiter 1300. Bonifacij VIII. septimo, Hegiræ 698. Othomannus Turcarum regnum inchoauit in Asiâ, à quo quintus Baiazethes anno Hegiræ 791. iniit, Christi 1389. triennio post an. Hegiræ 794. Christi 391. Regem Hungariæ Sigismundum, & Ioannem Niuernensem ingenti prœlio superauit, superatus ipse quoque anno Hegiræ 801. Christi 1399. à Tamerlane Tartarorum Rege potentissimo, anno eiusdem Hegiræ 804. ad obiectos ferreæ caueæ clathros illiso capite periit anno Christi 1402.

Superest excutienda Imperij Turcici, seu expugnatæ à Mahomete Constantinopoleos Epocha, quæ licet proximè à nobis dissita, sententias tamen discrepantes pepetit. Ego cum Caluisio ac Petauio existimo non anno Christi 1452. quemadmodum Crusius, Scaliger ac Mercator voluerunt, sed sequenti 1453. Hegiræ 857. captam esse à Turcis Dominam Orientis ciuitatem, quod ex Historia Politica, Bonfinio, Meyero, Chronico Hungatico, Chalcondila, aliisque probatur, qui feria tertia manè, quæ Trinitatis Dominicam secuta est, Maij 29. Giumadi prioris 20. ex quo à Constantino primùm dedicata fuit an. 1124. totam hanc tragœdiam contigisse haud obscurè innuunt. Valeat ergo vulgaris illa persuasio, quæ omnium ferè animis insedit, Constantinopolim feria tertia Pentecostes captam direptámque fuisse. *Cætera prætereo spatiis inclusus iniquis: solosque Callimachi versus attexo.*

Οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν, ὃς ὁππόσα πόντος ἀείδει.
Πίδακος δὲ ἱερῆς ὀλίγη λιβὰς, ἄκρον ἄωτον.
Ασσυρίου ποταμοῖο μέγας ῥόος. ἀλλὰ τὰ πολλὰ
Λύματα γῆς, καὶ πολλὸν ἐφ᾽ ὕδατι συρφέτον ἕλκει.





SVCCINCTA DEMONSTRATIO DE ANNO MENSE AC DIE DOMINICÆ PASSIONIS AC NATIVITATIS.

Præmittuntur Pronuntiata vndecim, quibus sententia nostra stabilitur.

PRIMVM, constat passum esse Christum Pilato præside, atque adeò Tiberio Romanis imperante. Vnde primò reiicitur S. Irenæi sententia, qui cap. 40. lib. 2 aduersus Æonas Valentiniani acrius disputans, passionem Christi Domini (quem anno ineunte ætatis 30. Tiberij, vel 15 vel consequente baptizatum fatetur) post annum æræ Christianæ 45. accidisse contendit, cùm eo tempore, non iam Tiberius aut Caligula, sed Claudius imperium obtineret, ruátque proinde omnis Ecclesiæ nascentis indubitata apud omnes historia. V. Pererium. Confutatur deinde barbara illa, vt vocat Petauius, Sigeberti, Mariani Scoti, aliorumque Computistarum opinatio, qui anno æræ Christianæ 12. obiisse Christum asserunt, biennio, si superis placet, ante obitum Augusti, quem anno 14. à Natali Domini vel vero, vt nos cum quibusdam eruditis sentimus, vel saltem vulgari, vt Caluisius, Petauius, Tirinus, aliique recentiores existimant, vitâ functum Astronomici characteres Fastis Romanis adiuncti liquidò demonstrant.

SECVNDVM, tria saltem Paschata post baptismum peregisse Christum: quod ex Euangeliis, maximè S. Ioannis, exploratissimum est. Vnde apud posteros explosa est veterum quorundam Patrum, Tertulliani, Clementis, aliorúmque sententia, qui anno Christi vel 29. vel 30. Tiberij 15. Coss. Geminis, & baptizatum & passum esse Dominum voluerunt.

TERTIVM, in parasceue Sabbati, quæ est feria sexta, seu, vt profani vocant, dies Veneris, cruci fuisse suffixum, & vna Sabbatorum seu feria primâ, quam profani diem Solis, nos Dominicum dicimus, resurrexisse. Atque huic pronuntiato veterum nemo, quod sciam, refragari ausus est.

QVARTVM, passum esse Christum Dominum die primâ Azymorum, seu ipso vltimi Paschæ die, vel certè pridie quàm Iudæi Pascha suum celebrarent. Hoc quoque euincit immota Euangeliorum omnium fides.

QVINTVM, diem Paschæ apud Iudæos ex Mosis decreto die 15 primi mensis, seu, quod idem est, Lunâ 15. non populari tantùm, sed etiam Astronomicâ peragi solitum esse. De quo videsis pluribus P. Pererium lib. 11. in Danielem. Et sanè decretum illud apud omnes hactenus seu Iudæos siue Catholicos, velut quoddam fidei dogma summo consensu receptum, vnus quod sciam labefactare aggreditur P. Petauius, dum ex S. Epiphanio contendit Iudæos vitioso cyclo vsos tribus integris diebus verum plenilunium, quod 15. Lunâ contingit, per ea tempora anticipasse. Quod cùm de nouilunio consequenter dicendum sit, ruit omnis eius super ea re doctrina; vt enim in plenilunio labi potuisse Iudæos quam-

uis grauatè concedam, quis credat sacerdotes eorum personantibus tubis neomenias ac nouilunia populo denuntiasse tribus diebus ante veram luminatium coniunctionem, cum mendacij & imposturæ singulis mensibus, qui apud eos lunares erant, palam conuinci vel ex ipsis Lunæ præcedentis cornibus potuissent? Ad hæc duo triave adde. Primum, S. Dionysium in Astronomicis apprimè versatum, prodigiosum solis defectum, qui patiente in Iudæa Christo mirantes eius & Apollophanis Philosophi oculos detinuit in plenilunio, ἐν τῇ πανσελήνῳ, non triduo ante, conspexisse. Alterum sacros profanósque scriptores Iudæos, Græcos, Latinos 14. & 15. Lunam pro 14. & 15. die mensis Nisan promiscuè vsurpasse. Postremum quosdam quidem nouilunia Iudæorum ad primam redeuntis Lunæ phasim reuocasse, neminem verò hactenus extitisse, qui diceret nouilunia tot diebus in Palæstinâ corniculatam lunæ faciem præcessisse.

Maneat igitur vetus ac trita indagandæ Passionis via, quæ Astronomicis demonstrationibus & Lunæ rationibus innititur: Atque ex hoc, duobúsque proximis pronuntiatis conuincantur erroris qui Passionem Dominicam anno à partu Virginis vel 31. vel 32. 34. vel 35. illigarunt: Nullo enim ex his annis incidit plenilunium, seu dies Paschæ in feriam sextam, seu parasceuem sabbati, sed in feriam vel secundam vel tertiam incurrisse, Astronomorum, quibus in sua arte credendum est, certissimæ obseruationes euincunt.

SEXTVM, Christum D anno ætatis 33. vel labente vel saltem cum tribus præterea mensibus expleto diem extremum obiisse. Quod tum ex Eusebio, aliisque antiquioribus, quos citant recentiores, tum maximè ex Ven Beda colligitur: Cuius hæc sunt verba cap. 40. libri de temporum ratione. *Habet Ecclesiæ fides Dominum in carne paulò plus 33. annis vsque ad sua tempora passionis vixisse, quia videlicet 30. annorum fuerit baptizatus, & tres semis annos post baptismum prædicauerit.* Idem quoque ibidem ait *sanctam Romanam & Apostolicam Ecclesiam fidem illam suam indiculis ipsis solere testari, quæ suis in cereis annuatim solet inscribere vbi tempus Dominicæ Passionis in memoriam populis reuocans numerum triginta semper tribus annis minorem, quam ab eius incarnatione Dionysius ponit, adnotat.* Quantum ergo ab Ecclesiæ fide absunt, qui vel Christi Domini vitam triginta & vno annis circumscribunt, vel eam ad 35. 36. aut 37. protendunt: tot enim anni à Iuliano 40 vel 41. ad 78. quo patiente Christo Dionysij & Phlegontis stupenda eclipsis apparuit, numerantur.

Obseruandum verò est Bedam multósque Computistas, imò & Chronicon Alexandrinum, annos vitæ Christi non à Virginis partu, aut filij circumcisione, sed ab ipsa incarnatione & conceptione Domini numerare, & nouem illos menses quibus aluo materna clausus delituit pro vnius integrique anni spatio in summam recipere: de Computistis vide Petauium. Chronicon enim eadem sentire ex eo ostendo, quod ab anno Monarchiæ Romanæ 31. quo Consules fuerunt C. Cæsar & Paulus Æmilius ad annum Tiberij 19. Olymp. 202. quartum, & Monarchiæ Romanæ 63. non fluxerint anni 33. totidémque menses; sed 32. dumtaxat. Dicendum ergo est nouem illos menses, quos Coss. Lentulo & Pisone in vtero matris Christus consumpsit, vnius anni locum obtinere.

SEPTIMVM, Christum anno ætatis 30. ineunte, à Ioanne fuisse baptizatum, quod communis Ecclesiæ sensus ex cap. 3. Euangelij S. Lucæ, conspirantibus maximè antiquis Patribus deriuauit. Sunt enim ista scripturæ verba Græca, καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος ὤν. Latina: *Et ipse* IESVS *erat incipiens quasi annorum triginta*, quibus consonant Arabica & Syriaca versiones apud P. Phelippæum in Oseam, p. 751. quæ si authenticæ sint, rem omnem conficiant. Hæc enim Christum baptismi tempore vocat, *quasi filium* 30. *annorum*: illa verò disertè affirmat, *Et* IESVS *cœperat ingredi in* 30. *annum*; quæ verba quemadmodum & superiora Græca atque Latina vix ad alium commodum sensum detorqueri queunt. Enimuero, vt omittam veteres illos annuæ prædicationis assertores, ita suadent Irenæus lib. 2. cap. 38. & 39. Origenes, Epiphanius,

Eusebius, S. Thomas 3. p. q. 39. a. 3. & quem in fronte collocare debueram, fortissimus Christi martyr Ignatius in Ep. ad Trallianos, cuius verba citat Chron. Alex. καὶ τρεῖς δεκάδας ἐτῶν πληρωσάμενος ἐβαπτίσθη, *annos agens 30. baptizatus est*, neque enim, vt docti viri ante me obseruarunt, participium illud πληρωσάμενος, aliud sæpe sonat apud Græcos, quàm πληρούμενος, vt nec apud Lucam ἐπλήσθησαν, quàm ἐπλήθοντο· vt propterea necesse non fuerit veterem versionem sollicitare, cum etiam noua recepta & ex mente Baronij & Gordoni, qui suum Ignatium ambitiosiùs prædicant, legendo, *expletis tribus annorum decadibus*, nihil contra nos concludi possit, si sanctum illum Patrem nouem ab Incarnatione menses anni vnius loco habuisse cum Chronico Alexandrino fateamur. Consule præterea, si vacat, Pererium, Barradium, Suarem, Salianum, Contzenium, aliósque fusiùs omnia pertractantes. Nos enim multa, paucis, & clarè conamur dicere. Quid ergo de iis dicendum, qui anno ætatis tertio & trigesimo Christum ad baptismum accessisse ex anticipatâ natiuitatis Dominicæ positione profiteri non verentur: quos acriùs fortè quàm par sit obiurgant Annales.

OCTAVVM. Tres solidos annos, τρία ὁλόκληρα ἔτη, vel vt ait Eusebius, τρία δὲ ἥμισυ ἔτη, prædicationi Redemptoris post baptismum assignari debere: atque adeò quatuor Paschata esse numeranda. Quod ex vulgari fidelium & Ecclesiæ sensu Beda suprà citatus asseruit, & S. Ignatius, ὁ θεοφόρος, disertè docet in laudata ad Trallianos Epistola, τρεῖς ἐνιαυτοὺς κηρύξας ἀνείλη. Alios omitto, quos conferto agmine citant nuperi nostrarum partium propugnatores. Hîc tantum dico refelli inde discrepantes aduersariorum nostrorum sententias, siue Petauij, qui tria tantum Paschata recipit, siue Mercatoris, Scaligeri atque Caluisij, qui quinque post baptismum nuptiasque Cananenses commenti sunt, siue Barradij Saliani, aliorumque, qui quinque quidem Paschata admittunt, post baptismum Christi, sed totum eius διδασκαλίας & θαυματουργίας tempus à nuptiis Galilææ inchoatum trium annorum interuallo nobiscum includunt. Vide quæso Baronium, Gordonum, Haruillæum, *&c.* quædam tamen subiiciemus infrà.


NONVM. Eo anno occubuisse D. IESVM quo contigit stupenda solis defectio, quam Euangelium S. Lucæ inter cætera clarè edocet, cap. 23. v. 44. præsertim si cum Origene tract. 35. in Matthæum legamus. *Erat autem hora ferè sexta & tenebræ factæ sunt super vniuersam terram sole deficiente*, & ex S. Dionysio Epistola 7. ad Polycarpum, quæ citatur in Chronico Alex. Origene, Eusebio, Hieronymo, Philopono, aliisque antiquioribus, Christiani omnes extra controuersiam recipiunt. Eam autem eclipsim insignis Olympiadum supputator Phlegon, qui sub Hadriano scripsit anno æræ Christi circiter 142. & à Passione 110. accidisse testatus est anno quarto Olympiadis ducentesimæ secundæ, imperante Tiberio, ipsamet celeberrimi illius auctoris verba ex Alexandrino Chronico repræsento. Φλέγων ὁ τὰς ὀλυμπιάδας συναγαγὼν λέγει ἐν τῷ τεσσαρεσκαιδεκάτῳ συγγράμματι οὕτως. τῷ δ' τετάρτῳ ἔτει. (non vtitur Arithmetico compendio, vt Kepleri, Petauij, aliorúmque præcludatur effugium) τῆς σβ' ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἔκλειψις ἡλίου μεγίστη τῶν γνωριζομένων πρότερον, καὶ νὺξ ὥρα ἕκτη τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὡς καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι, σεισμός τε μέγας κατὰ Βιθυνίαν γενόμενος. Quatuor hîc obiter mecum attende. primum hora sexta contigisse. 2. maximam planéque inusitatam extitisse. 3. coniunctam terræmotibus. 4. tenebrarum spississimâ caligine horrendam: quæ omnia Euangelicæ eclipsi, quæ in plenilunio ex S. Dionysio contigit, omnino congruunt. rectè ergo Origenes tum tract. 35. tum lib. 2. contra Celsum, Gentiles luculento Phlegontis testimonio reuincit, & ab Eusebio ad annum Tiberij 18. proximè elapsum, vt sentio, vel potius 19. vt etiam in Chronico Alexandrino leges, prodigiosissimus ille cœlestium fulgorum defectus reuocatur. Dionysij verba epist. 7. ad Polycarpum si quis fortè desiderat hæc sunt. οὐ γὰρ ἦν συνόδου καιρὸς αὖθις τὸ αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἐνάτης ὥρας ἄχρι τῆς ἑσπέρας εἰς τὸ τοῦ ἡλίου διάμετρον ὑπερφυῶς ἀντικαταστᾶσαν, &c. quæ rectè & dilucidè exponit Pachymeres in Paraphrasi, κατὰ διάμετρον γὰρ ἡ σελήνη τεσσαρεσκαιδεκαταία οὖσα τῷ ἡλίῳ ἦν, *&c.* Neque alio sanè validiore ariete

euertendam censeo Dekerij, Petauij ac Tirini sententiam, qui mortem Domini in anno æræ Christianæ 31. designunt, aut Baronij, Gordoni, similiumque, qui in annum sequentem Iulianum 77. coniiciunt; cùm, vt acutè concludit auctor Chronici à nobis aliisque toties ac tantoperè laudatus, turpe sit, οὐ καλὸν, οὐδὲ δίκαιον, fideles Christianósque homines de illo anno ambigere, qui tam luculento τῶν ἔξωθεν καὶ ἀπίστων, testimonio factus est omnibus ἐπίσημος ac manifestus. Adde Tertull. verba Apolog. cap. 21. *Eodem momento dies, medium orbis signante Sole subducta est: Eum mundi casum relatum in Archiuis vestris habetis*, &c. Ex quibus Phlegon, Africanus, aliíque.

DECIMVM. In medio hebdomadis septuagesimæ, vt tanto ante Daniel prædixerat, mortuum esse Sanctum sanctorum; adeóque annis tribus totidémque mensibus postquam à Spiritu sancto post baptismum visibili specie inunctus est, lege caput 9. Danielis & doctissimam P. Petauij in 13. de Doctrina Temporum super ea re dissertationem, qui tamen ob coarctatam intra biennium Christi prædicationem cogitur cruentum incruentúmque Diuini agni sacrificium non in medio Olympiadis vltimæ, hoc est in 4. anno, sed in tertio dumtaxat collocare.

VNDECIMVM seu postremum, non esse remouendos terminos, quos Ecclesia Catholica vero Christi Seruatoris natali præfixit, siue Dionysius Romanus Abbas, qui ante annos præter propter mille ac ducentos magna sanctitatis ac doctrinæ laude emicuit, eius æræ primus auctor extiterit: seu quod vero similius est, ad receptam iam inde ab ipsis nascentis Ecclesiæ cunabulis sententiam, Paschalem suam annorum periodum, à qua originem duxit æra communis, accommodare voluerit. Neque audiendos Scaligerum, Caluisium, aliósque, qui nupero inuento verum Domini nostri natalem à vulgari & Dionysiano, vt vocant, qui diebus septem æræ Christianæ caput antecedit, distinxerunt. Sed de hoc plura inferius: interim adi, si vacat, P. Pererium lib. 11. in Danielem: ibi enim Ecclesiasticæ traditionis sugillatores eruditè non minus quàm solidè impugnat.





DEMONSTRATIONIS NOSTRÆ DE ANNO MENSE AC DIE DOMINICÆ PASSIONIS

PARS ALTERA.

Ex his decem vndecimue pronuntiatis, quorum priora Euangeliorum auctoritate certissimâ, reliqua communi penè omnium fidelium Ecclesiæque consensu recepta sunt, tum discrepantes aliorum sententiæ nullo negotio confutantur, tum nostra stabilitur ac corroboratur opinio, quam ideo præ cæteris amplexi sumus, quod omnibus hisce præsidiis insigniter munita sit, vt ex capitibus, quæ mox subiiciam, liquidò constabit.

PRIMÒ enim contigit mors Christi anno 19. Tiberij iam à 7. mensibus aliquotque diebus inchoato: seu 18. absoluto, cùm Pontius Pilatus Iudæam eius nomine administraret.

SECVNDÒ, accidit ipsomet quarto post baptismum Paschate: vnde nec plura cogimur fingere Paschata, quàm quæ prædicationis Christi non interrupta post baptismum series admittere queat.

TERTIÒ, Feria sexta, quæ parasceue Sabbati dicitur à Iudæis.

QVARTÒ, ipso Paschæ die, vt Euangelica veritas exigit: quam disertè ac firmiter explicat, propugnátque Salianus, tum in decursu Annalium an. M.4086. tum in præfatione sexti tomi. Eum tu consule, &, si lubet, etiam Tostatum.

QVINTÒ, in plenilunio siue Luna 15. aut quod idem est 15 die mensis Nisan: Plenilunium enim ex certissimis Astronomorum tabulis commissum est anno æræ Christianæ 33. feria sexta, cyclo Solis 14. Lunæ 15. litterâ Dominicali D. Ideóque die Iouis sub Vesperam, seu 14. Luna, Legalis cœna à Christo Iudæisque peracta, & Christus ipso die Paschæ, vt communis fert opinio, aut saltem pridie, si Burgensem, Maldonatum ac Petauium sequi, aut Iudaïcam feriarum translationem admittere cum Munstero, Scaligero atque Caluisio malumus, infami cruci patibulo fuit affixus.

SEXTÒ, die 13. Aprilis in qua anno Christi, & æræ Christianæ 33. Luna 15. seu Paschalis celebritas incidit. Qua in re ne nobis opinionis nouitatem aut paucitatem auctorum obiiciant aduersarij, conspirantes habemus Tostatum, Burgensem, Lucidum, Pererium, Haruillæum, alióśque quos citant, ipsumque, velit nolit, Salianum, atque ex recentioribus sectariis Scaligerum, Caluisium, alióśque magni nominis scriptores, quos secuti veterem quorundam Patrum, quibus haud dubiè imposuit Tertulliani locus ille cap. 8. aduersus Iudæos quauis foricinâ næniâ confusior, traditionem de die Martij 25. cum Baronio, aliisque reiicimus, absurdámque penè omnium indoctioris æui Computistarum persuasionem deridemus, quæ omnium animos ita occupauerat, vt Tostatus sæculi sui ingens miraculum iudicio postulatus sit, atque damnatus, quod inter capita viginti vnum, quæ Theologico more disputanda proposuerat, Christum non 25. Martij, sed die Aprilis 3. anno vitæ 33. ineunte morti addictum fuisse docuisset.

Qua de re Defensorij parte secunda latè conquestus multis argumentis nostram verámque sententiam egregiè propugnauit. V. pluribus Petauium, qui docebit te, si nescias, Martij 25. in feriam sextam toto cycli vnius decursu incidere non posse, nisi in his tribus annis 12. 259. & 449.

SEPTIMÒ, nititur sententia nostra altero cœlesti charactere non minùs certo Solaris illius defectus, qui tempore Passionis accidit, quemque, vt diximus, contulit Phlegon in annum quartum Olympiadis 202. licet enim habita ratione annorum Iulianorum, quibus passim vtuntur hoc tempore Chronologi, annum Christi D. 33. cum anno primo Olymp. 203. & anno V. Cl 786. componamus, certum tamen est annum illum V. C. non nisi post aliquot à Passione dies iniisse, & Olym. 202. annum quartum vsque ad solstitium æstiuum tribus saltem post Pascha mensibus continuasse.

OCTAVÒ, solidos annos 32. cum tribus mensibus ac decem diebus vitæ Christi Domini assignamus, vel si placet cum Chronico Alexandrino, Ven. Bedâ, nonnullísque aliis Christi annos non ab eius natiuitate & Virginis partu, vt vulgò nunc omnes facimus, sed ab eius conceptione numerare Christi ætatem ad annos 33. cum aliquot diebus putà nouem vel decem prorogabimus, sicque verum fuerit solenne illud Bedæ de ætate Domini pronuntiatum, quod perperam intellectum Computistas in absurdissimos errores coniecit, vt initio diatribæ notauimus.

NONÒ, baptizatus fuit Christus anno ætatis trigesimo ineunte, Tiberij Imperatoris labente 16. Nam superiore, hoc est, decimo quinto eiusdem Tiberij anno, vt disertè sanctus Lucas testatur, Ioannes Baptista ex eremo ad prædicandam hominibus pœnitentiam prodierat. Cui quidem prædicationi annuum ferè tempus tribuendum esse collecta ad eum secus Iordanis fluenta concionantem ex omnibus Iudææ partibus multitudo, & missa Hierosolymis, post exactos dies à Christi baptismate paulò plus 40. legatio Pharisæorum persuadet. Neque enim vel in toto capite tertio sancti Lucæ, vel in aliis Canonicis scriptis quicquam reperias, quo Christum labente Tiberij anno 15 sub Consulibus Geminis baptizatum esse demonstrari possit, vnde mirum sanè mihi semper visum, tam infirmo, imò nullo nixam argumento opinionem omnium penè superioris memoriæ scriptorum animos imbibisse. Quid enim fiet, si quæ vno eodémque capite continentur, ad vnum idémque tempus necesse sit pertinere? Longius sanè à veritatis scopo deflexit Tirinus qui ipsis Kalendis anni Iuliani 73. æræ Christianæ 28. Ioannem ex deserto progressum prædicationis munus obire cœpisse, & sexto post die Christum accedentem abluisse commentus est, totis nouem mensibus quàm Tiberij 15. annus iniret, quod non tantum omni probàbilitate caret, sed Euangelistæ prorsus aduersatur.

DECIMÒ, Christi prædicationi tres annos solidos, hoc est, æræ Christianæ 30. 31. & 32. attribuimus, cum totidem mensibus anni 33. quod iterum infrà retractabimus.

VNDECIMÒ, volumus obiisse Dominum in medio hebdomadis Septuagesimæ, hoc est, anno eius quarto currente M. 4086. quod licet non adeò exploratum sit, cùm totidem ferè sint sententiæ quot capita, pluribus tamen doctioribúsque nostra probatur perplexi illius ænigmatis explicatio. Præterea in hac nostra prædicationis Christi œconomia, Antiochi Epiphanis & Antichristi tempora, de quibus idem Daniel & S. Ioannes meminerunt, ac verba illa Lucæ 13. v. 32. Ite, & dicite vulpi illi, Ecce eiicio dæmonia, & perficio sanitates hodie & cras, & tertio die consummor; & similia multa accuratè respondent.

VLTIMÒ, AC DVODECIMÒ immotam finimus vulgarem Ecclesiæ Catholicæ in putandis à partu Virginis annis, tótque iam sæculis confirmatam consue-

tudinem, quam alij ferè omnes Chronologi recentiores, vtpote à rationibus suis & allatis in haccediatriba pronuntiatis, prorsus abhorrentem repudiare coguntur, eámque vel vno anno, vt Pater Salianus, vel duobus vt Scaliger cum Caluisio aliísque gregalibus suis; vel quatuor vt PP Dekerius, Petauius ac Tirinus; vel quinque vt Keplerus, vel sex denique vt Antonius Cappellus anteuertere contra Ecclesiasticam traditionem non verentur. Maiores enim nostri quod inuenerunt, tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt; quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt. Aug lib. 2. contra Iul. cap. 20.

Atenim opponitur nobis coniuncta Dionis & Iosephi auctoritas, inuictum & Achilleum argumentum. Verùm Iudæi hominis atque Romani verbis Ecclesiæ vocem, & à fidelibus in vsum receptam Christi Domini æram præponderare arbitror. Deinde Dioni cum Iosepho non conuenit: ille enim Iudæi Regis, neque enim Archelai meminit, exilium consulatu Aruntij & Lepidi consignat: ille ad annum ab Actiacâ victoria 37 septennio ante mortem Augusti seu Iul. 52 Archelai ruinam & patris sui natales reuocat Videant ergo qui dissentientem à Iosepho Dionem hîc amplectuntur, quo iure eundem in Solymorum facta per Sossium expugnatione deseruerint. Tertiò, Dionem constat in Iudæorum historiâ hospitem planè ac peregrinum fuisse; nec mirum, cùm ipso antiquior & accuratior Tacitus in Iudæorum & Christianorum rebus fœdè non semel hallucinatus sit. Quartò, Iosephus ipse secum pugnat, modò enim Archelao nouem Tetrarchiæ annos, modò decem attribuit. Denique quàm sublesta sit & incerta recutiti illius historici fides, docebunt, inter cæteros, Baronius ac Salianus. Hîc singulis ferè Annalium suorum paginis & præfatione Tomi secundi, ille in Apparatu, & anno salutis reparatæ octauo.

NONNVLLA COROLLARIA.

VT *autem totam hanc diatribam. quæ multa paucis complexa est, suo tandem exitu concludam, tria Corollaria subiungo.*

PRIMVM, nos in digerenda per singulos annos Christi & Apostolorum historia receptam à ducentis supra mille annis in Ecclesia Romana, & omnium gentium litteris ac vocibus comprobatam numerandi consuetudinem sequi, quam tanti fecerunt doctissimi quíque Catholici posteriorum temporum scriptores Baronius, Bellarminus, Toletus, Onuphrius, Pererius, Barradius, Salmeron, Gordonus, Torniellus, Massæus, Haruillæus, &c. vt maluerint Consulares Fastos sollicitare, Probo Imperatori optimo vnum vel duos imperij annos eripere, vnum vel duo Consulum Romanorum paria (Baronius cum suis, Fuluium Æmilianum & Pomponium Bassum II. in anno Christi 259. & Cornelium Sæcularem cum Iunio Donato in anno Christi 260. Onuphrius eiúsque sequaces M. Aurelium Probum & Anicium Paulinum in anno 277. alij alios) ex albo Consulati expungere, &, quod durius videtur, certissimis Astronomorum demonstrationibus nuntium remittere, quàm in re tanti momenti ab Ecclesiæ Romanæ, quæ columna est ac firmamentum veritatis, & Catholicorum veterum sententia vel tantillum discedere memores illius sententiæ: *Interroga patrem tuum & maiores tuos, & dicent tibi.* Deut 32 Nos verò in nostra Chronologia Æmilio Probo sex Imperij integros annos cum Zosimo, Victore, Eutropio, Eusebio, Cassiodoro atque ipso Iuliano Apostata assignamus, Consules suo loco non mouemus, Demonstrationes Astronomicas ab eclipsibus Solis & Lunæ, à situ Planetarum, ab annis Nabonassari, à characteribus ex Censorino prolatis ingeniosè petitas omnino recipimus, & quod caput est, annos Christi ab annis æræ Christianæ cum Ecclesia non seiungimus. Placet enim placebítque, fauentibus superis semper S. Augustini præclarum illud axioma, Nos in nostræ Religionis historia fulti auctoritate diuina, quidquid ei resistit, non dubitamus esse falsissimum, quomodolibet sese habeant cætera in sæcularibus litteris, cap 40. lib. 18 de Ciuitate Dei. Nec tamen exoticam eruditionem profanósque Historicos abiicimus, sed eos vbi à

veritate exorbitant, in rectam regiámque Scripturæ & Ecclesiæ viam, quanta fieri potuit dexteritate, reduximus, non irrito, vt speramus, conatu.

ALTERVM est in annis Mundi, Diluuij, Abraami, Legis & Templi cum doctissimis Annalium veteris instrumenti conditoribus Torniello ac Saliano consentire, licet hic Onuphrium secutus vno anno, ille ex Baronij mente, toto biennio Dionysianos calculos præuertat. Annus enim Iulianus 45. Christi D. Natalis à quo sequenti anno initium ducit Æra communis, apud vtrumque putatur Mundi 4053. Diluuij 2397. Abraami 2015. Exodi seu legis 1510. Templi 1031. Solutæ Captiuitatis 538. Eadem quoque fuisset in Tirini Chronico annorum subductio, nisi septuagenariam desolationem totis 40. annis decurtare, & Persarum Monarchiæ regníque initia peruertere statuisset, in aliis enim ferè omnibus vsque ad euersum à Chaldæis templum, quæ quidem ad Historiam sacram spectent, cum illo, vt etiam cum Bonfrerio atque Haruillæo conspiramus.

TERTIVM, in asserendis quatuor Paschatibus & distribuenda per tres annos totidémque ferè menses Christi D. vel à Baptismo, vel saltem à nuptiis in Canâ celebratis prædicatione Eminentissimis Cardinalibus Baronio, Bellarmino, Toleto, ac penè omnibus Catholicarum partium Doctoribus, Iansenio, Onuphrio, Suari, Barradio, Torniello, Saliano, Haruillæo, Tirino, Phelippæo, & infinitis aliis, vt antiquiores silentio premam, doctrinam nostram placuisse. Haud tamen nescius sum P. Petauium trium dumtaxat Paschatum propugnatorem in 12. de Doctrina Temporum nouam κυριακῆς κηρύξεως διαφθορὰν procudisse, quam P. Bernardinus de Montereul in tersa & eleganti Vitæ Christi Domini & Euangeliorum versione κατὰ πόδας sequutus sit, verùm apud me, præter ea quæ superius protuli causæ nostræ momenta, ingenuè fateor plus posse conspirantem tot eruditorum hominum sententiam, quàm ipsam, si fas ita loqui, rationem. Non fuerat difficile post viginti à prima editione annos plura iis addere, nuperos refutare scriptores: Verùm quæ placuit olim, etiam nunc arridet concinna breuitas multa, paucis, & clarè explicans.

Demonstrationis de anno mense ac die Dominicæ Passionis finis.



LIBRORUM